& glorificauerunt deum, qui dedit talem potestatẽ hominibus. Et pergente Iesu illinc, uidit hominẽ sedentẽ iuxta teloniũ, cuius nomẽ erat Matthæus. Et dixit ei: sequere me. Qui surgens secutus est eum. Et factũ est cum sederet in domo ad manducandum, ecce multi publicani & peccatores uenerunt & comederũt cum Iesu atque cum discipulis. Quod uidentes Pharisæi, dixerunt ad discipulos eius. Quare cũ publicanis & cum peccatoribus comedit præceptor uester? Et audiens Iesus ait. Non est opus medico ualentibus, sed his qui male habẽt. Ite & discite quid sit, [b] pietatem uolo & non sacrificium. Quoniam non ueni uocare, iustos sed peccatores. Tunc accesseruut ad eum discipuli Iohãnis dicẽtes: quare nos & Pharisæi ieiunamus frequenter, discipuli autem

ויכבדו האלהים אשר
נתן הכח כזה לאנשים:
וכשהלך ישוע משם
ראה את־איש היושב
על־בית המכס ושמו
מתי:
ויאמר אליו לך
אחרי: ויהי כאשר הוא
ישב לאכול בבית ר
רבים בעלי עבירה ו
וחטאים באו ויאכלו
עם ישוע ועם תלמידיו:
ויראים פרושים אמרו
לתלמידיו: למה עם
בעלי עבירה ועם ־ח
חטאים אוכל מלמדכם:
וישמע ישוע אמר אין
יש צריך רופא לבריאי
אלא לאותם שהם ברעה
: לכו ולמדו מה־היא
חסד חפצתי ולא זבח:
כי־לא באתי לקרא צ
צדיקים כי אם חטאים:
אז נגשו אליו תלמידי
יוחנן לאמר למה אנחנו
והפרושים צמים הרבה

tui

וְתַלְמִידֶיךָ אֵין הֵם צ
צָמִים ׃ וַיֹּאמֶר אֲלֵיהֶם
יֵשׁוּע ׃ הֲיוּכְלוּ בְּנֵי חָתָן
לִבְכּוֹת בְּעוֹד יֵשׁ עִמָּהֶם
חָתָן ׃ אַךְ יָבֹאוּ יָמִים
אֲשֶׁר יִנָּשֵׂא מֵהֶם חָתָן
וְאָז יָצוּמוּ ׃ וְאֵין יִהְיֶה
שֶׁיִּשְׁלַח חֲתִיכַת בֶּגֶד ת
תַּפְסוֹל עַל שְׁבוּלֶת יְשָׁנָה
׃ כִּי יִשָּׂא מְלוֹאָהּ מ
מִשִּׂמְלָה וְיִהְיֶה בִּדְקוֹ רַע
יוֹתֵר מִקֹּדֶם ׃ וְאֵין
יְשַׁלְּחוּ יַיִן חָדָשׁ בְּנֹאדוֹת
בָּלִים כִּי אָז יִשָּׁבְרוּ ב
בֹּאדוֹת וַיִּשָּׁפֵךְ יַיִן וְנ
וְנֹאדֹת יֹאבֵדוּ כִּי אִם יַיִן
חָדָשׁ יְשַׁלְּחוּ בְּנֹאדוֹת ח
חֲדָשִׁים וּשְׁנֵיהֶם יִשָּׁמֵרוּ ׃
וְכַאֲשֶׁר הוּא דִבֵּר הָאֵלֶּה
אֲלֵיהֶם הִנֵּה קָרַב שַׂר א
אֶחָד וַיִּשְׁתַּחֲוֶה לֵאמֹר
אֲדֹנִי בִּתִּי כְּבָר מֵתָה רַק
בֹּא אַתָּה וְשִׂים יָדְךָ עָלֶיהָ
וְתִחְיֶה ׃ וַיָּקָם יֵשׁוּע
וַיֵּלֶךְ אַחֲרָיו עִם תַּל
תַּלְמִידָיו ׃

tui non ieiunant? Et dixit illis Iesus. Nunquid possunt filij sponsi lugere, quàm diu est cum illis sponsus? Certe uenient dies quando tolletur ab eis sponsus, & tunc [c] ieiunabunt. Sed & nemo est, [d] qui mittit fragmen panni rudis in uestimentum uetus. Quia tollit supplementum eius à uestimento, & erit scissura eius peior priori. Neque mittunt uinum nouum in utres ueteres, alioqui rumpentur utres & effundetur uinum, peribuntque utres: sed uinum nouum mittunt in utres nouos & utraque conseruabuntur. Cum autem ista loqueretur ad eos, ecce accessit princeps quidam & adorabat eum dicens: domine filia mea iam defuncta est, sed ueni tu & pone manum tuam super eam & uiuet. Et surgens IESVS secutus est eum cum discipulis suis.

Et ecce mulier quæ fluxu ſanguinis laborauerat duodecim annos, acceſſit retro & tetigit fimbriam ueſtimenti eius. Dixerat enim intra ſe, ſi ſaltē tetigero ueſtem eius, ſaluabor. Et conuerſus Ieſus atq; uidens eam, ait: confide filia, quia fides tua ſaluam te fecit: & ſaluata eſt mulier ab hora illa. Et cū ingreſſus eſſet Ieſus in domum principis & uidiſſet tibicines atque tumultum populi, dixit, Diſcedite, quia non eſt mortua puella ſed dormit. Ipſi uero deridebant eum: & cum eiecta eſſet turba, ingreſſus eſt ipſe & tenuit manum eius dicens. Puella ſurge: & ſurrexit puella, egreſſusq; eſt rumor iſte in uniuerſam terram illam. Et cum tranſiret inde Ieſus, ſecuti ſunt eum duo cæci clamantes & dicentes: miſerere noſtri fili Dauid. Et ingreſſo eo in domum, adierūt eum

וְהִנֵּה אִשָּׁה אֲשֶׁר דָּמָהּ זָב מִמֶּנָּה שְׁתֵּים עֶשְׂרֵה שָׁנָה נִגְּשָׁה לְאָחוֹר וְנָגְעָה אֶת־שְׂפַת בִּגְדוֹ׃ כִּי־אָמְרָה בְקִרְבָּהּ אִם אֶגַּע רַק בִּגְדוֹ אִוָּשֵׁעַ׃ וַיָּשָׁב יֵשׁוּעַ וַיִּרְאֶה אוֹתָהּ אָמַר בִּטְחִי בַּת כִּי אֱמוּנָתֵךְ הוֹשִׁיעָתֵךְ וַתִּוָּשַׁע הָאִשָּׁה מִשָּׁעָה הַהִיא׃ וּבְשֶׁנִּכְנַס יֵשׁוּעַ אֶל בֵּית הַשַּׂר וַיַּרְא אֶת־שָׁרֵי חֲלִילִים וְהֶמְיַת הָעָם אָמַר׃ סוּרוּ כִּי אֵין מֵתָה הַנַּעֲרָה כִּי אִם יְשֵׁנָה׃ וְהֵם לָעֲגוּ לוֹ וּבְשֶׁהֻשְׁלַךְ הֶהָמוֹן נִכְנַס הוּא וַיַּחֲזֵק בְּיָדָהּ וַיֹּאמַר׃ טַלִיתָא קוּמִי וַתָּקָם הַנַּעֲרָה וַתֵּצֵא שְׁמוּעָה הַזֹּאת אֶל כָּל־הָאָרֶץ הַהִיא׃ וַיַּעֲבֹר מִשָּׁם יֵשׁוּעַ וַיֵּלְכוּ אַחֲרָיו שְׁנֵי עִוְרִים קוֹרְאִים וְאוֹמְרִים חָנֵּנוּ בֶּן־דָּוִד׃ וּבְבֹאוֹ אֶל בֵּית קָרְבוּ

אליו עורים ויאמר א
אליהם ישוע :
התאמינו כי אוכל
הזאת לעשות לכם :
ויאמרו אליו אמנם
אדני: אז נגע בעיניהם
לאמר כאמונתכם יעשה
לכם: ותפתחנה עיניהם
ויזעם עליהם ישוע ל
לאמר : ראו שלא איש
ידע : והם יוצאים
השמיעו את־שמועתו
בכל־ארץ ההיא :
וכשיצאו הם הנה
הגישו אליו את־אדם
אלם ובעל השדה וכ
וכאשר השלכה השדה
דבר אלם ויתמהו כ
כיתות לאמר : אין
נראה כן בישראל :
ופרושים אמרו בשר
השדים משליך את־ה
השדים : ויתהלך ישוע
בכל ערים וטירות וי
וילמד בכנסיותם ויגד
בשורת המלכות וירפא
כל־חולי וכל־מכא

eũ cæci, & dixit ad eos Iesus: Num creditis, quod poſsim iſtud facere uobis? Dicunt ei: utiq; domine. Tunc tetigit oculos eorum dicẽs: iuxta fidem ueſtrã fiat uobis. Et aperti ſunt oculi eorum, interminatusq; eſt illis Ieſus dicẽs: Videte ne quis ſciat. At illi egreſsi prædicauerunt famã eius per totam terrã illam. Et cum ipſi egreſsi eſſent, ecce adduxerunt ad eum, hominem mutum habentemq; dæmonium: & cum eiectum eſſet dæmoniũ, locutus eſt mutus, miratæq; ſunt turbæ dicentes: Nunquam apparuit ſic in Iſraël. Phariſæi autem dixerũt: per principem dæmoniorum eijcit dæmonia. Et deambulabat Ieſus per omnes ciuitates & caſtella, & docebat in ſynagogis illorum, annuncians euangelium regni, & [f] ſanans omnem infirmitatẽ atq; cunctos

morbos eorum. Videns autẽ turbas, miſertus eſt eis, quia erant uexati & iacẽtes ſicut oues quæ ſunt ſine paſtore. Tunc dixit diſcipulis ſuis: eſt meſſis multa, operarij autẽ pauci, & ob id rogate dominũ meſſis, ut mittat operarios in meſſem ſuam.

מִמַּכְאוֹבֵיהֶם ׃ וַיַּרְא אֶת
הַבִּיתוֹת וַיִּתְחַנֵּן לָהֶם כִּי
הֵם טְרוּחִים וְשׁוֹכְבִים
כְּצֹאן שֶׁאֵין לָהֶם רוֹעֶה ׃
אָז אָמַר לְתַלְמִידָיו יֵשׁ
קָצִיר רַב וּפוֹעֲלִים מ
מְעַטִּים וְעַל כֵּן הִתְחַנְּנוּ
אֶל אֲדֹנֵי הַקָּצִיר בַּעֲבוּר ש
שֶׁיִּשְׁלַח אֶת־פֹּעֲלִים ב
בִּקְצִירוֹ ׃

a *Virum paralyticum.*] *Cum paralyſis ſit diſſolutio neruorum, ex diſſolutione autem neruorum exteriora quoq; membra tremula reddantur, omnibusq; uiribus deſtituantur, hinc eſt quod Hebræi uocant paralyticum* נשׁולאיברים *diſſolutum membris.*

b *Vtrum facilius eſt dicere.*] *Hoc eſt, remittere peccata, & deſperatum ægrum ſubito ſanare, ex æquo dei potentiam requirunt, & quando me non dicitis blaſphemare Deum, quod paralyticum ſanum feci, quare cogitatis intra uos me blaſphemare Deum quando dico remittuntur tibi peccata tua?*

c *Pietatem uolo & non ſacrificium.*] *Adducitur hic locus ex ſexto capite Hoſeæ. Eſt autem* חסד *quod nos pietatem uertimus, ſecundum Hebræos* טוב והגמילה *bonitas & retributio quædam ſeu beneficentia, quam Hebræi retributionem uocant, & talem beneuolentiam erga proximum præponit dominus ſacrificijs ſuis, ſicut & ſuprà dicit relinquendum ſacrificium ante altare, & læſam ſarciendam charitatem. Probat itaq; Chriſtus & pluris facit ſtudium benemerendi de quibuslibet præ uictimis pecudum, & ſcientiam dei, nempe fidem quæ efficax ſit per dilectionem, præ omnibus holocauſtis. Sacrificia ueteris legis erant quædam exhortationes ad*

nes ad pœnitentam sicut & in Leuitico offerentes iubentur impone re manus animali offerendo & consiteri peccata sua. Vnde dicunt Hebræi.

בשאדם זובח בהמה הוא חושב בלבו אני יותר בהמה ממה שהיא שאני חטאתי ועל החטא שחטאתי אני מביאה ויותר היה ראוי לזבוח האדם שחטא יותר מן הבהמה ע"י סרבנו הוא יחרט·

d Ieiunabunt.] *Intelligitur hic per ieiunium luctus, quem habuerunt discipuli Christi post ablationem carnalis præsentiæ eius. Et hic suprà quam dici potest delyrant stulti Iudæi, qui solum metiuntur opus ipsum ieiunij, non aduertentes quo fiat animo, contra tot & tam claras autoritates prophetarum, quibus eorum confutatur ieiunium. Sed & Christianorum ieiunium, quod non fiat per integrum diem improbant illi stultis huiusmodi uerbis:*

אם הלילה הולכת אחר היום שאחריו שכן כתוב ויהי ערב ויהי בקר יום אחד וכתוב מערב ועד ערב תשבתו שבתכם אבל ביום ששי תענית שלהם מודיע אוכלים בשר לילה שלפניו· ועוד למה מתענים ביום הששי אם בעבור שתלוי נתלה בתוים אבל יש להם לעשות ימי משתה ושמחה כי לפי דבריהם ע"י תלייתו ויסורין נגאלו מגיהנם אך מתאבלים כי ידוע שהמאמינים בו ירדו לעלוקה למבשול הלפוקה·

Non possum stultas istas Iudæorum opiniones uertere, sed qui hebraice sunt docti, facile intelligent diem supputari à uespera iuxta legis præscriptum: at ieiunium ob id non iubetur extendi in uesperam, sed liberum cuiq; relinquitur, ut castiget corpus suum.

iuxta

iuxta quod uiderit sibi opus esse. Deinde quod nobis improperant stulticiam nostram, quod magis diem Veneris quam reliquos dies ieiunio celebremus, fortasse non omnino male scribunt, qui exemplo eorum ieiunium fecerimus opus ex se bonum, perinde quasi non semper sit ieiunandum & corpus castigandum, ut animus crapula non grauatus libere ascendat in Deum, sicut & alibi dicitur: Semper oportet orare & nunquam deficere.

d Nemo mittit fragmen panni rudis.] Docet his similitudinibus *imperfectos & nouicios in fide non onerandos seuerioribus praeceptis, sed paruuli lacte nutriendi sunt, donec grandescant. Nemo enim mittit fragmen panni noui & rudis in uestimentum uetus, alioqui tollit supplementum eius, ut quod prius in se uidebatur esse integrum, accessione durioris assumenti rumpitur peius &c. Sic si neophytus mox duris oneretur praeceptis, periculum est, ut & quod habere uisus est, amittat.*

e Puella surge.] *Apud* Marcum, *qui hanc eandem scribit historiam, inuenimus* Christum *uulgari lingua locutum ad puellam,* טליתא קומי *quod sonat, talitha* Kumi, *& significat, puella surge.* Quod *si hebraico usus fuisset sermone, dixisset* נערה *& non* טליתא *sed uti uoluit sermone, qui etiam à plebeis intelligeretur.*

f *Sanans omnem infirmitatem.*] Id *de nullo alio quantumlibet sancto uiro scribitur, quod omnem curauerit infirmitatem, imò nullam suis potuerunt tollere uiribus infirmitatem, ut contra* Christum *nostrum blaterarint impij Iudaei qui ita scribunt:*

מַה עָשָׂה יֶשׁוּ שֶׁלֹּא עָשׂוּ אֲנָשִׁים קְדוֹשִׁים חַנָּה חֲנוֹךְ:
וְאֵלִיָּהוּ עָלָה לַמָּרוֹם כְּמוֹ יֵשׁוּ שֶׁהֵם אָמְרוּ כִּי עָלָה
לַשָּׁמַיִם וְאֵין אָנוּ מַאֲמִינִים בָּהֶם׳ וּלְדִבְרֵיהֶם שֶׁהוּא
קָרוּי בֶּן אֱלֹהִים מְצִינוּ כְּמוֹ בֵן שֶׁיִּשְׂרָאֵל קְרוּיִי
בָּנִים

בנים למקום שנ' בנים אתם לה' אלהיכם · וכתיב
בני בכורי ישראל ואין להאמין בהם וישראל ק
קרוים קדושים דכתיב קדושים תהיו וכת' והייתם
קדושים ואם נפלאו אשר עשה ממים יין והשביע
מה' ככרי לחם אלף איש והחיה המת ורפא את־ה
החולים והלך על המים כן הפך משה את־המים
לדם והמתיק מי המרים והוליך ישראל בתוך הים
ביבשה והכה צור ויזובו מים ואלישע עשה מכד
שמן אחד כמה כלים מלאים ואסף נעמן מצרעתו
והחיה שני מתים אחד בחייו ואחד במותו ואליהו
כמו כן ויחזקאל החיה כמה אלפים · ואם צם מ'
יום ומ' לילה גם זה עשה משה ג' פעמים שצם מ' יום
ומ' לילה וכן אליהו צם מ' יום ומ' לילה : תשובה ·
אמת הוא כי הקדושים הנזכרים עשו נפלאות ה
הנזכרות אלא אין בכחם כי אם בכח האלהים כמו
משה אין עשה שום דבר כי אם על ידי האלהים
ואין דבר שום דבר שלא שם הקב"ה בפיו אלא מ
משיחנו אין כן כי אם בכח שלו עשה כל אלה ש
שעשה לאמר אני מצוך אני חפץ ברי שירפא וגו' ·

Argumentum huius obiectionis est, quod Christus nullum fere fecerit signum, quod non aliquis sanctorū hominum fecerit: ut Elias & Hænoch ascenderunt in cælum; Israëlitæ uocantur filij dei, uocantur sancti æque ut Christus: Moses, ut Christus uinum, mutauit aquam in sanguinem & aquas amaras in aquas dulces: duxit populum per siccum maris, percussit petrā & fluxerunt aquæ. Quin & Elisæus fecit ex una lagenula olei, repleri multas lagenulas, curauit insuper Naamam à lepra sua & suscitauit duos mortuos,

unum

unum in uita sua, & alium post mortem suam. Simile quid fecit Elias: sed & Ezechiel uiuificauit multa millia. Nec obstat illum ieiunasse 40. diebus & quadraginta noctibus, cum idem fecerit Moses tribus uicibus, atq; Elias. Sed his facile obuiari potest, quod Christus omnes illas uirtutes fecit propria uirtute & uerbi sui imperio: sancti autem ea mirabilia quae fecerunt, fecerunt per inuocationem nominis & uirtutis dei, id quod patet legenti scripturam noui & ueteris testamenti.



Onuocatis autem duodecim discipulis suis, dedit eis potestatē super spiritus immundos, ut eijcerēt eos, & sanarent omnem morbum atq; omnem languorem. Nomina autē duodecim [a] apostolorū sunt hæc: Primus Simon, qui uocatus est Cepha, & Andreas frater eius, Philippus & Barthalmæus, Iacobus Zebedæi & Iohanan frater eius, Thoma & Matthæus qui fuerat publican9: Iacobus quoquè Alphęi & Thaddęus, Simon Chananæus & Iehuda Ischariotes, qui tradidit eum in mortē. Mi-

ויזעק שנים עשר ת
תלמידיו ויתן להם מ
ממשלת על רוחות ט
סמאות להוציא אתהן
ולרפא את-כל-חלי ו
וכל-מכאוב׃
ושמות שנים
עשר שליחים אלה ה
הם ראשון שמעון ש
שנקרא כיפא ואנדרע
אחיו פילפוס וברתלמי
יעקב זבדי ויוחנן אחיו
תומה ומתי שהיה בעל
עבירה ויעקב אלפי ו
ותדי שמעון הכנעני ו
ויהודה ישכריותי א
אשר מסר אותו למ
למיתתו׃

sitq;

וַיִּשְׁלַח יֵשׁוּעַ אֶת־הָאֵלֶּה
שְׁנֵים עָשָׂר וַיְצַו אוֹתָם
לֵאמֹר : אֶל־דֶּרֶךְ הַגּוֹיִם
אַל־תֵּלֵכוּ : אֶל עָרֵי ה
הַשּׁוֹמְרוֹנִים לֹא תָבֹאוּ
כִּי אִם לְכוּ אֶל הַצֹּאן ש
שֶׁאָבְדוּ בְּבֵית יִשְׂרָאֵל :
לְכוּ וְקִרְאוּ לֵאמֹר כִּי ת
תִקְרַב מַלְכוּת הַשָּׁמַיִם
רַפְּאוּ אֶת הַחוֹלִים הָקִימוּ
אֶת מֵתִים טַהֲרוּ אֶת מ
מְצוֹרָעִים וְהוֹצִיאוּ אֶת
שֵׁדִים חִנָּם לְקַחְתֶּם ו
וְחִנָּם תִּתֵּנוּ : אַל תִּקְנוּ
אֶת־זָהָב וְאַל כֶּסֶף וְאַל
מָעוֹת בַּחֲגוֹרוֹתֵיכֶם אַל
יַלְקוּט בְּדֶרֶךְ וְאַל־שְׁתֵּי
כְתֻנוֹת וְאַל מַנְעָלִים וְאַל
מַטֶּה : כִּי רָאוּי הַפּוֹעֵל
לְאָכְלוֹ : וּבְאֵיזוֹ עִיר אוֹ
טִירָה תָבֹאוּ שַׁאֲלוּ מִי
נִכְבָּד בָּהּ וְשָׁם תֵּשְׁבוּ עַד
־תֵּצְאוּ : וּכְשֶׁתִּכָּנְסוּ אֶל
בַּיִת וְתִשְׁאֲלוּהוּ בש
בִשְׁלוֹמוֹ לֵאמֹר שָׁלוֹם ל
לָזֶה הַבַּיִת : וְאִם
יִהְיֶה הַבַּיִת הַזֶּה נִכְבָּד

sitq; Iesus hos duodecim, & præcepit eis dicens.
[b] In uiam gentium ne abieritis, neq; ciuitates Samaritanorum ingrediamini, sed ite ad oues quæ perierũt in familia Israël. Ite & prædicate dicentes: quoniam appropinquat regnum cœlorum: sanate infirmos, suscitate mortuos, mundate leprosos & eijcite dæmonia: gratis accepistis, gratis date.
[c] Ne possideatis aurum neq; argentum, neq; pecuniam in zonis uestris neq; perã in itinere, neq; tunicas, neq; calciamenta neq; uirgã. Nam dignus est operarius cibo suo. Et in quamcunq; ciuitatem aut castellũ ingressi fueritis, interrogate quis honorabilis in ea sit, & ibi manete donec exeatis. Et cũ intraueritis domum, salutate eam pace sua dicẽtes: pax huic domui. Et si fuerit domus illa honore digna, ueniet pax

pax uestra super eam, sin minus fuerit digna, redibit ad uos pax uestra. Et quicunque non receperit uos neque audierit uerba uestra, exite foras de domo aut de ciuitate illa, & excutite puluerem de pedibus uestris. Amen dico uobis, leuius erit terræ Sedon & Amoræ in die iudicij, quàm ciuitati illi. Ecce ego mitto uos sicut oues in medio luporum. Et ob id [d] sitis callidi sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Cauete autem ab hominibus, quoniam tradent uos in concilia atque in synagogis suis castigabunt uos flagellis, & ad præsides atque reges ducẽt uos propter me in testimoniũ illis & gentibus. Et cum tradiderint uos, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini: dabitur enim uobis in illa hora quid loquamini. Non enim uos estis qui loquemini,

יבוא שלומכם עליו ו
ואם אין יהיה נכבד י
ישוב אליכם שלומכם:
ואיש אשר אין יקח א
אתכם ולא ישמע את־
דבריכם צאו לחוץ מ
מבית או מהעיר ות
ותשליכו גם עפר מר
מרגליכם: אמן אני
אומר לכם קל יהיה ל
לארץ סדום ועמרה ב
ביום המשפט מן לעיר
ההיא: הנני שולח
אתכם כצאן בתוך ה
הזאבים: ועל כן תהיו
ערומים כמו נחשים ו
ותמימים כמו יונים:
השמרו לכם מאנשים
כי ימסרו אתכם לעדות ו
ובמקהלותיהם ייסרו
אתכם בשוטים ואל ש
שוטרים ואל מלכים י
יוליכו אתכם למעני ל
לעדות להם ולגוים:
וכשימסרו אתכם אל תח
תחשבו היך או מה ת
תדברו: כי ינתן לכם

mini, ſed ſpiritus patris ueſtri qui loquitur in uobis. Tradet autem frater fratrem in mortem & pater filium, & conſurgent filij in parẽtes ſuos ut occidant eos, & odio habebunt uos omnes homines, propter nomen meum. Sed qui perſeuerauerit uſq; in finem, hic ſaluabitur. Et cum uos perſecuti fuerint in ciuitate una, fugite ad aliam. Amen dico uobis, [e] non cõſummabitis ciuitates Iſraël donec ueniat filius hominis. Non eſt diſcipulus ſupra præceptorẽ, neq; ſeruus ſupra dominũ ſuum, ſed ſatis eſt diſcipulo ut ſit ſicut pręceptor eius, & ſeruo ut ſit ſicut dominus eius. Si uocauerunt patrẽ familias Baal zebub, quanto magis filios familias? Non igitur timebitis eos. Nihil eſt opertum quod non reueletur, & abſconditum quod non ſcietur. Id quod dico uo-

בְּשָׁעָה הַהִיא מָה תְּדַבֵּרוּ
׃ כִּי אֵין אַתֶּם שֶׁתְּדַבְּרוּ
כִּי אִם רוּחַ אֲבִיכֶם הִיא
תְּדַבֵּר בָּכֶם ׃ וְיִמְסֹר אַח
אֶת־אַח לַמָּוֶת וְאָב אֶת־
בֵּן וְיָקוּמוּ בָּנִים בָּא
בַּאֲבוֹתֵיהֶם לַהֲמִיתָם ו
וְיִשְׂנְאוּכֶם כָּל־אֲנָשִׁים
בַּעֲבוּר שְׁמִי ׃ וַאֲשֶׁר
יַעֲמֹד עַד סוֹף הוּא יִוָּשֵׁעַ
׃ וְכַאֲשֶׁר יִרְדְּפוּ אֶתְכֶם
בְּעִיר אַחַת נוּסוּ אֶל א
אַחֶרֶת ׃ אָמֵן אֲנִי אוֹמֵר
לָכֶם אֵין תְּכַלּוּ אֶת־עָרֵי
יִשְׂרָאֵל עַד שֶׁיָּבֹא בֶּן ה
הָאָדָם ׃ אֵין יֵשׁ תַּלְמִיד
עַל מְלַמֵּד וְאֵין עֶבֶד עַל
אֲדֹנוֹ אֶלָּא דַי לְתַלְמִיד
לִהְיוֹתוֹ כִּמְלַמְּדוֹ וּלְעֶבֶד
כַּאֲדֹנָיו ׃ אִם קָרְאוּ אֶת־
בַּעַל הַבַּיִת בַּעַל־זְבוּב
אַף כִּי אֶת בְּנֵי הַבַּיִת ׃
לָכֵן אַל תִּירְאוּ מֵהֶם ׃
כִּי אֵין דָּבָר מְכֻסֶּה שֶׁלֹּא
יִגָּלֶה וְנִסְתָּר שֶׁלֹּא יִוָּדֵעַ
׃ מָה שֶׁאֲנִי מְדַבֵּר אֲלֵיכֶם

bis in tenebris, dicite in lumine, & quod audieritis in aure, prædicate in tectis. Et ne timueritis eos qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere, ſed eum timete, qui poteſt animam & corpus perdere in gehennã. Non'ne duo paſſeres ueneunt exiguo nu miſinate & unus ex eis non cadet ſuper terrã ſine patre ueſtro? Quin & pili capitis ueſtri omnes numerati ſunt, & ob id non timebitis, quia uos meliores eſtis multis paſſeribus. Itaq; omnis qui me cõfeſſus fuerit coram hominibus, cõfitebor & ego eum corã patre meo qui eſt in cœlis. Qui autem me negauerit coram hominibus, negabo & ego eum corã patre meo qui eſt in cœlis. [f] Nolite cogitare, quod uenerim mittere pacem in terram: non ueni mittere pacem ſed gladium. Veni enim, ut ſe-

בחשך אמרו באור ר
באשר תשמעו באזן ק
קראו על גגות ׃ ולא
תיראו אותם שיהרגו
את הגוף ואת הנפש לא
יוכלו להרג אלא תי
תיראו את־אותו שי
שיוכל את נפש ואת
גוף לאבד אל גיהנם ׃
הלא שני צפרים נמכרו
תחת טבע קטן ואחד
מהם אין יפול על ה
הארץ בלי אביכם ׃
ושערות ראשכם כלן
נספרו ועל כן לא ת
תיראו כי אתם טובים
מרבים צפרים ׃ וכל־
שיתודה אותי לפני ה
האנשים גם אני את
אתודה אותו לפני אבי
שבשמים ׃ ואשר יכחש
לי לפני אנשים גם אני
אכחש לו לפני אבי ש
שבשמים ׃ אל־תחשבו
כי באתי לשלח שלום
על ארץ לא באתי ל
לשלח את שלום כי אם

את־הרב ׃ כי באתי
לחבדיל את־איש מ
מאביו ואת־בת מאמה
ואת־כלה מן חמתה ו
ואיבי איש אנשי ב
ביתו ׃ ומי שיאהב את
אביו או אמו יותר מ
ממני אין הוא ראוי ל
לאותי ׃ ומי שיאהב
את בן או בת יותר מ
ממני אין הוא ראוי
לאותי ׃ ומי שלא ישא
את־צליבתו וילך אחרי
הוא אין ראוי לאותי ׃
מי שימצא את נפשו י
יאבד אותה ׃ ואשר
יאבד את־נפשו למעני
ימצאנה ׃ מי שיקח
אתכם הוא יקח אותי ׃
ואשר יקח אותי הוא י
יקח אותו ששלח אותי ׃
מי שיקח את נביא בשם
הנביא הוא יקח שכר
הנביא ׃ ומי שיקח את־
צדיק בשם הצדיק הוא
שכר הצדיק יקח ׃ ואשר
יתן את שקוי לאחד מאלה הקטני את־כוס המי קרי.

ut ſepararem hominem à patre ſuo, & filiam à matre ſua, & nurum à ſocru ſua, & inimici hominis (erunt) domeſtici eius. Et qui amauerit patrem ſuum aut matrem ſuam pluſquàm me, non eſt dignus me. Et qui amauerit filium aut filiam plus quàm me, non eſt dignus me. Et qui non tollit crucem ſuam & ſequitur me, non eſt dignus me. Qui inuenerit animam ſuam, perdet eam. Et qui perdiderit animam ſuam propter me, inueniet eam. Qui recipit uos, ille me recipit. Et qui receperit me, is recipiet eum qui miſit me. Qui receperit prophetã in nomine prophetæ, is mercedem prophetæ recipiet. Et qui receperit iuſtum in nomine iuſti, is mercedẽ iuſti accipiet. Et qui dederit potum uni ex puſillis his, calicem aquæ frigidæ,

tantum in nomine disci-
puli, amen dico uobis,
non perdet mercedem
suam.

רַק בְּשֵׁם הַתַּלְמִיד אָמֵן
אֲנִי אוֹמֵר לָכֶם אֵין ·י
יְאַבֵּד אֶת־שְׂכָרוֹ׃

a *Apostolorum.*] *Vt Græci missum nuncium ab* ἀποστέλλω *id est, mittendo uocant apostolum, ita Hebræi* שלח *mittendo nomen* שליח *& aliquando* שלוח *per uau surec, uocantes sic nunciū à deo missum, qualis erat Moses, uel ab hominibus uel etiam à seipsis, quales erant pseudoprophetæ, qui cum non essent missi, tamen currebant & populum seducebant. Et quando hic recitantur nomina duodecim apostolorum, notandum quod non omnia sunt hebraica. Cepha enim, quod Christus Simoni imposuit, est Chaldaica quod idioma tunc Iudæis erat uulgare: Philippus autem & Andreas sunt Græca nomina, quorum primum bellicosum, alterum uirilem interprætatur: Barthalmæus est nomen compositum ex Syro uocabulo bar, quod filiū sonat, & Thalmai, quod Græci & Aegyptij Ptolemæum uocant. Reliqua sunt hebraica, nisi quod Thaddæus aut potius Thadæus uidetur esse Chaldaica à* תד *quod hebraicè sonat* שד *id est, mamillam, mutato schin in tau, quod his duabus linguis est familiare. Quare autem Iudæi tunc externa nomina filijs suis imposuerint, facile haberi potest ratio, nempe quod cum finitimis regionibus cœperunt habere consuetudinem, & commixti inter gentes didicerunt opera earum, ut in psalterio scribitur: Et hinc est, quod post reditum è captiuitate Babilonica, inueniuntur apud illos hæc externa nomina, Machabæi, Hasmonai, Aristobolus, Alexander, Herodes, Archelaus, Stephanus, Nicodemus & similia. Nostro æuo liberis suis plerunq; imponunt nomina auium & animalum quadrupedum.*

b *In uiam gentium ne abieritis.*] *Hoc dicitur, quod Iudæi essent filij regni, habentes Euangelij promißionem, ideò in primis erat illis an-*

lis annunciandum regnum Dei, *ſed quia indignos ſe faciebant illo› conuerſi ſunt apoſtoli ad gentes quæ cum gaudio ſuſceperunt uer-bum dei: Act. 13.*

c Ne *poßideatis aurum.*] Hoc *dicitur, quod illi qui dei agunt negocium & regnum eius hominibus annunciant, omnem curam uitæ præſentis reijcere debent in eum, non dubitantes deum illis ſuppeditaturum commeatum, uictum & amictum atq; defenſionem in itinere, iuxta illud prouerbium uulgo iactatum: dignus eſt operarius cibo ſuo. Per uirgam intellige arma defenſoria.*

d *Sitis callidi ſicut ſerpentes.*] *Vult Chriſtus, ut ſui circunſpecte & caute ambulent, & omnia prudenter atq; callide agant, & nihilominus ſimplicitatem & integritatem uitæ teneant, neminem offendentes uerbo aut exemplo. Aſtutia & prudentia* Chriſti *fidelibus opus eſt contra lupos, ne circumueniantur inſidijs diaboli & impiorum hominum: eſt & ſimplicitas uitæ neceſſaria, qua* Chriſti *humilitatem exprimant, & uitam agant eo dignam.*

e Non *conſummabitis ciuitates* Iſraël.] Hoc *dicitur, quod feſtinanter luſtrare debuerant ciuitates* Iſrael *& illis annunciare regnum dei ante* Chriſti *reditum è mortuis.* Et *quod ſequitur de* Baal-*zebub, notandum quod* Baal *generale eſt nomen idolorum quæ colebantur ab infidelibus prope terram* Iſrael, *habebant enim Ammonitæ ſuum* Baal, *habebant & Samaritæ ſuum, habebant quoq; reliquæ circumiacentes regiones ſuos* Bealim, *ſicut &* Hoſea *ſecundo capite ſcribit* והסירתי את שמות הבעלים *id eſt, & auferam nomina* Bealim, *ſed habebat quiſq;* Baal *aliud ſuper additum nomen, quo ab alio diſcernebatur, ut* Baal *peor,* Baalzebub, *balzaphon &c. Sonat autem* Baal *magiſtrum uel dominum,* Baal *peor magiſtrum apertionis, quod in honorem eius ab inſipientibus cultoribus ſecreta natiũ diſtenderentur. Quare autem alius uocatus fuerit baalzebub, id eſt, magiſter muſcæ, non inueni apud* Hebræos.

f Nolite cogitare quod uenerim mittere pacem.] *Arguunt hic Iehudæi contra nos in hunc modum:*

היך היה משיחם שר שלום שהיה כל ימיו תגר ומאז
והלאה לא נשקט העולם ממלחמות ועוד כתיב
אחריו מיד למרבה המשרה ולשלום אין קץ על
כסא דוד ישב על ממלכתו להכין אותה ולסעדה
מעתה ועד עולם והיך הוא אומר בעון גליון לא
באתי לשום שלום בארץ כא״ חרב מכאן גלוי ש
שדבריהם סותרים זה את זה · תשובה · לא בא
משיח לשלוח שלום בעולם בין אנשים רל״ שלום
היצון כי אם שלום רוחני כמו שאמר כי יהיה לכם
שלום ובעולם יהיה לכם צער · מי שיש נכון
המשיחי הוא יהיה בשלום שלם ויכתת חרבו לאת
וחניתו למזמר · וכי רבות מלחמות היו בעולם
אחר ביאת המשיח זה להפך היה כי בני העולם
הזה לא יוכלו לסבול את בני האלהים אשר הם
בשלום האלהים אלא ירדפם ועושים מה שדרכם
לעשות ועל כן אמר משיחנו לא באתי לשלח שלום
על הארץ כי אם חרב כלו״ למעני לא יהיה שלום
על הארץ כי אם במלכותי שהוא ברוח יהיה שלום
ושתיקת הלב ובין בני בליעל שלא ישמעו את דברי
יהיה שנאה כנגד בני האלהים ואשר יאמינו בעמי
התנאה כי דברי הנביאים ודברי המשיח אין ס
סותרים אלה באלה כי הנביאים אמרו על שלום
הלב אשר הוא בבחירי האלהים כנגד האלהים ·
והאנשים כי בחירי האלהים ירצו לשמור שלום עם
כל אבל לרשעים אין שלום ואם היגם במשיחנו דבר
על שלום הלב כשאמר כי לכם שלום יג׳ו

Sensus huius obiectionis est, Quomodo fuit Meschia eorum prin-

ceps pacis, qui cunctis diebus suis dissensionem fecit, & ab eo tempore & deinceps nunquam fuit mundus tranquillus à prælijs? Sed & rursum scriptum est paulo post memoratum locum (in Isaia:) Multiplicationis imperij & pacis non est finis &c. Et quomodo ipse dicit in euangelio, non ueni ponere pacem in terram sed gladium? patet hinc aperte quod uerba eorũ inter se pugnant. Responsio. Christus loquitur hic de pace externa, prophetæ autem & Christus in alijs locis loquuntur de pace cordis, ut ille qui uerus est Christianus quantum fieri potest, habet pacem cum omnibus, conflat gladios suos in uomeres, nec unquam cupit aliquem lædere. Mundus uero semper est & erit mundus, & facit quod suum est, rixatur, bella suscitat, persequitur filios dei, furit & insanit. Sic ergo Christus dicit, Non ueni mittere pacem in terram. Siquidẽ Christus et euangeliũ non possunt prædicari in terris sine persecutione, sicut & Christus paulo post subdit: Qui non accipit crucẽ suã & sequitur me non est me dignus. In me habebitis pacẽ, in mundo autẽ pressurã. Qui inuenerit animã suam et noluerit eam propter me in periculũ adducere, is perdet eam, cum alienus sit à me, & extra me non sit salus. &c.

ויהי בשכלת ישוע ל
לצוות את־שנים עשר
תלמידיו עבר משם ללמד
ולהכריז בעריה: ויוחנן
כששמע בבית הסהר א
את־מעשי המשיח שלח
שני מתלמידיו ויאמר
לו: אם אתה הוא אשר
תבא אם ניחל לאחר:
ויען ישוע ויאמר אליהם
לכו ותגידו ליוחנן את־
אשר שמעתם וראיתם:

T factũ est, cũ cõsummasset Iesus pręcipẽdi 12 discipulis suis, trãsiuit inde, ut doceret & prędicaret in ciuitatibꝰ illorũ. Iohãnes autẽ cũ audisset in carcere opera Christi, misit duos ex discipulis suis & dixit illi: Nũ tu es ille qui uẽturus es, an aliũ expectabimus? Et respondẽs Iesus dixit illis: ite & nunciate Iohanni ea quæ audistis & uidistis

Cæci uident, claudi ambulant, leproſi mundantur, ſurdi audiunt, mortui reſurgunt & [b] pauperes beatificãtur: & beatus eſt, qui non offenſus fuerit in me. Et cũ illi abiiſſent, cœpit Ieſus dicere ad turbas de Iohãne. Quid exiſtis in deſertum ut uideretis? arundinem per uentum agitatam? Quid exiſtis uidere? Nunquid hominem mollibus ueſtitũ? Ecce qui mollibus induuntur, hi in domibus regum ſunt. At quid exiſtis uidere? Num prophetã? etiam dico uobis, ipſe [c] maior eſt quam propheta: ipſe enim eſt de quo ſcriptũ eſt: Ecce ego mitto angelum meum, & repurgabit uiam ante me. Amen dico, non ſurrexit inter natos mulierũ, qui maior ſit Iohanne baptiſta. [d] Qui autẽ minor eſt in regno cœlorũ, ille maior eſt eo. Et quidem à diebus Iohannis baptiſtę uſque

עורים יראו פסחים י
ילכו מצורעים יטהרו
חרשים ישמעו ומתים
יקומו עניים יאשרו ו
ואשרי הוא שלא יכשל
בי: ואחרי שאלה הלכו
החל ישוע לדבר אל-
כיתות על יוחנן: למה
יצאתם אל המדבר ל
לראות האם קנה נדף
מרוח: ולמה יצאתם
לראות האם אדם. לבוש
בחלקות: הנה אשר
גלבשו בחלקות הם ב
בבתי המלכים: רק
למה יצאתם לראות ה
הנביא גם אמר לכם ה
הוא יותר מנביא כי ה
הוא מי אשר עליו נ
נכתב הנני שולח מ
מלאכי ופנה דרך לפני:
אמן אני אומר אין קם
מבין ילדי הנשים שהוא
יותר גדול מן יוחנן
הטובל: ומי שהוא
קטון במלכות השמים
הוא גדול ממנו: אך

מימי יוחנן הטובל עד
עתה מלכות השמים כ
באונס היא ומכריחים
גודלים אותה : כי כל-
הנביאים והתורה עד
יוחנן נבאו ואם רצ
רצונכם לקחת הוא יש
אליהו אשר יבא : מי
שלו אזנים לשמע הוא
ישמע :

למי אמשל את
הדור הזה נמשל בנערי
היושבים בשוק שק
שקוראים לחומיו ר
ואומרים : נגננו לכם
ולא דלגתם שרנו קינה
ולא קוננתם : כי בא
יוחנן ולא אכל ולא ש
שתה ויאמרו בעל השד
הוא : ובן האדם בא
אוכל ושותה ויאמרו
הנה האדם זולל וסובא
יין ורע הבעלי העבירת
והחטאים וצדקה חכמה
מאת בניה : אז החל
להרף ערים אשר בהן

usq; nunc, [c] regnum cœlorum est in uiolentia, & qui uim faciunt, rapiunt ipsum. Et omnes prophetæ atq; lex ipsa usq; ad Iohannem prophetauerũt: & si uultis recipere, ipse est Elias qui uẽturus est. Qui habet aures audiendi, ille audiat. Cui assimilabo generationẽ istam? comparatur pueris edentibus in foro & acclamantibus coæqualibus suis, atq; dicentibus, Cecinimus uobis & non saltastis, lugubre carmen cecinimus & non planxistis. Quoniam uenit Iohannes & non comedit neq; bibit, & dixerunt: habet dæmonium. Venit quoq; filius hominis edens ac bibens, & dicunt: en homo uorax & potator uini, & amicus publicanorum atq; peccatorum, & [f] iustificata est sapientia à filijs suis. Tunc cœpit exprobrare ciuitatibus, in quibus factæ fuerunt uir-

tutes eius multæ, & non fuerunt conuersæ à malo. Væ tibi Chorazin, uæ tibi Bethzaida, quoniam si in Tyro & in Zidone factæ fuissent uirtutes, quæ factę sunt in uobis, à diebus antiquis in sacco & puluere conuersę fuissent à malo. Veruntamē dico uobis, quod leuius erit Tyro & Zidoni in die iudicij quàm uobis. Et tu Caparnahum, num usq; ad cœlos exaltaberis? usque ad infernum descendes. Quoniã si in Sedom factæ fuissent uirtutes, quæ factæ sunt in te, forte mansissent usq; in hũc diē. Et certe dico uobis, quod leuius erit terrę Sedom in die iudicij quàm tibi. In tempore illo respõdit Iesus & ait.[g] Confiteor tibi pater, domine cœli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Et quidem pater, sic fuit complaci-

נעשו כחותיו רבות כי
אין שבו מרע ׃ אי לך
כורזין אי לך בית־צ
צידה כי אם בצר ו
ובצידון נעשו כחות א
אשר נעשו בכן בימי ק
קדם בשק ואפר שבו
מרע ׃ אך אמר לכם כי
יותר קל יהיה לצר ו
ולצידון ביום המשפט
מכם ׃ ואת כפר־נחום
הלא עד השמים תרומי
עד גיהנם תרדי ׃ כי אם
בסדם נעשו הכחות א
אשר נעשו בך אולי י
ישבו עד היום הזה ׃
אמנם אני אומר לכם
כי יותר קל יהיה לארץ
סדם ביום המשפט מכך
׃ בעת ההיא ענה ישוע
ויאמר ׃
אודך אבי אדון
השמים וארץ יהסתרת
האלה מחכמים ומנ
ומנבונים ותגל אותם
לצעירים ׃ כן אבי

tium

כִּי כֵן רָצוּי לְפָנֶיךָ׃ כָּל־
נִתְּנוּ לִי מֵאָבִי וְאֵין א
אִישׁ שֶׁיֵּדַע בֵּן כִּי אִם
אָב וְאֵין יֵשׁ שֶׁיֵּדַע אֶת־
אָב בִּלְתִּי בֵן וּלְמִי יִרְצֶה
בֵן לְגַלּוֹת׃ לְכוּ אֵלַי
כָּל־הַיְעֵפִים וַאֲשֶׁר עַל
עֲלֵיכֶם מַשָּׂא וַאֲנִי א
אַשְׂבִּיעֲכֶם׃ שְׂאוּ אֶת־
עוּלִי עֲלֵיכֶם וְלִמְדוּ מ
מִמֶּנִּי כִּי עָנִי אֲנִי וּשְׁפַל
רוּחַ וְתִמְצְאוּ מַרְגּוֹעַ ל
לְנַפְשׁוֹתֵיכֶם׃ כִּי עוּלִי
מָתוֹק הוּא וּמַשָּׂאִי קַל׃

tum ante te. Omnia tradita ſunt mihi à patre meo: & nemo eſt qui nouit filium niſi pater, nec quiſquam nouit patrem præter filium, & cui filius uoluerit reuelare. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego refocillabo uos. Tollite iugum meum ſuper uos & diſcite à me, quia mitis ſum & humilis ſpiritu, & inuenietis requiem animabus ueſtris. Iugum enim meum ſuaue eſt & onus meum leue.

a *Num tu es ille qui uenturus eſt?*] *Hæc quæſtio non fit propter Iohannem, qui Chriſtum etiam in matris utero agnouerat & iam alijs prædicauerat, ſed diſcipulorum gratia quæritur, num ipſe ſit Chriſtus, ut illi confirmatiores redderentur in agnitione Chriſti, & non offenderentur humili eius conuerſatione.*

b *Pauperes beatificantur.*] *Hoc eſt, qui ſeſe pauperes, miſeros agnoſcunt, illis per euangelium annunciatur gratia, remiſsio peccatorum & regnum dei.*

c *Maior eſt quam propheta.*] *Fuit Iohannes excellentior reliquis prophetis in eo, quod Chriſti præſentiam atteſtatus eſt, & populum ei parauit, illum palam & expreſſe prædicauit ſaluatorem, & mundi adeſſe indicauit, quod nullus aliorum facere potuit prophetarum, ſed aliquando futurum illum cecinerunt. Adducitur autem locus ex*

cus ex tertio Cap. Malachiæ, qui expressam mentionem facit de precursore domini, uocans eum angelum & nuncium cœlestem, qui parauit domino plebem perfectam. Ostendit etiam ibi propheta Meschiam futurum deum, quando dicit:

הנני שולח מלאכי ופנה דרך לפני ופתאום יבא אל
היכלו האדון אשר אתם מבקשים ומלאך הברית
אשר אתם חפצים · הנה ראיה ברורה שבמשיח
יהיה האלהות מדכתיב יבא אל היכלו · והלא אין
ההיכל יהיה למלך משיח לבדו לדברי האומר ש
שמשיח עדיין לא בא · הוא מלאך הברית אשר
אתם חפצים כלו׳ אותו המלאך שכרת עם בני האדם
ברית חדשה ונתן תורה חדשה שהיו חפצים למצא
אותו הנה בא אמר ה׳ צבאות׳ וכך אמר להן כהראותו
בהיכל ה׳ באן אני האדון אשר אתם מבקשים וגו׳
ומה שתרצו לעשות כי עשו ולא אלהים עמכם ולא
אברח מכם אבל קודם לכן אסחר כל אותן המאמינים׳
ולא יגעו כי אחרי פרישתי מן הארץ ואחריב את־
ירושלם ואת בית אשרוף באש ותקיא אתכם הארץ
ואפזר ואפרד כל הזוגעין כי וזרעם בין העמים
ואפיץ אתכם בין הגוים · כיון ששמעו ההמון
את־דברי תוכחותיו היו רבים מן העם כהנים
ולויים מצרכין אליו והיו מקריבין לו מנחה ב
בצדקה כמו שנ׳ בסוף העניין וישב מצרף ומטהר
כסף וטהר את בני לוי וגו׳ וישב כמו השופט ש
שיושב לשפוט את העם לזכות את סובאי ולחבי
את החייב כן יהיה אותו היום שהיה מצרף ומטהר
כסף הם הצדיקים׳ והקדושי׳ ומעביר ממנו הסיגים
הם·

חֵם חָרְשָׁעִים וְאָז יִהְיוּ מַגִּישִׁים לֹו מִנְחָה בִּצְדָקָה׃
תַּמֵּבִין יָבִין׃

d *Qui minor est in regno cœlorum.*] *Sensus est, qui explicatius prædicat Christum & annunciat regnum Dei, hic maior erit Iohanne propheta in regno Christi, quales fuerunt apostoli & reliqui discipuli Christi, qui tam potenter Christum in in orbe prædicauerunt & magnum fecerunt fructum.*

e *Regnum cœlorum est in uiolentia.*] *Interim quo Iohannes cœpit prædicare Christum & pœnitentiam, populus magno impetu accurrit ad oblatam gratiam, & qui regni dei tenebantur desiderio, illi uiolentia quadam irrumpebant, ut participes illius fierent etiam cum dispendio uitæ, scientes doctrinam legis & prophetarum usq; ad Iohannem uiguisse, illamq; solùm umbram fuisse, Christum autem, quem Iohannes prædicare cœpit, lucem esse mundi quæ umbræ successit. Et quod additur, Ipse est Elias, intelligendum est in spiritu & uirtute, quod scilicet magna seueritate & autoritate corripuit magnos & paruos, sicut Elias fecit.*

f *Iustificata est sapientia à filijs suis.*] *Licet uos obstinati homines nolueritis credere Euangelio, atq; nolueritis audire Iohannem, qui cum magna seueritate prædicauit pœnitentiã, corpus suum castigans supra humanum modum, ut & à se abdicauerit ea quibus homines uulgo uiuunt, atq; deinde nec mihi obtemperare uolueritis, qui memet omnibus attemperaui ut omnes lucrifacerem, sed me uocastis amicum publicanorum, uoratorem, & potorem uini, illum autem ob nimiam abstinentiam, habentem dæmonium, et propterea similes estis pueris, qui coæquales suos nec tibijs commouere possunt ad saltum, nec lugubri carmine ad lamentum, tamen habet deus filios suos qui sapientiam suam non spernunt sed cum gaudio suscipiunt & iustam agnoscunt.*

g *Confiteor tibi pater.*] *Valet apud Hebræos uerbum* הודה

idem

idem quod שבח *laudare: Capitur & pro* הודאה *gratias agere, atq; pro* הודוי *confeßione. hinc* תודה *est sacrificium super quo fit confeßio peccatorum, est & gratiarum actio, & in hoc significato capitur hic, quando Christus dicit: Confiteor tibi pater &c. Hoc est, gratias ago seu laudem tibi dico, quod humilibus reuelaueris thesaurum uitæ æternæ, his autem qui prudentes sunt in oculis suis hæc cælestia bona absconderis ex tuo æquißimo iudicio. Et quoniam sic complacitum fuit ante te, ego quoq; elegi simplices & à mundo contemptos, & illis tui insinuaui cognitionem, alioquin nemo nouit te præter me, & cui ego uoluero reuelare. Et quod in fine subditur, Iugum meum suaue est & onus meum leue: intelligitur per hoc iugum & onus, Euangelium seu doctrina Christi: quæ carni est onus, sed quod leue fit si adsit spiritus Christi, ut etiam Christianus gaudeat in tribulationibus quas ob Christi patitur nomen.*



IN illo tēpore ibat Iesus sabbato per sata, & discipuli eius esurientes cœperunt uellere spicas de aristis & comedebant. Et Pharisæi uidentes dixerunt: ecce discipuli tui faciunt,[a] quod non licet facere in sabbato. Ipse autē dixit ad eos: an non legistis quid fecerit Dauid, cum esuriret ipse & hi qui erāt cū eo, quomodo ingressus sit in domum dei & comedit pa-

בעת ההיא הלך ישוע
על זרע בשבת ותל
ותלמידיו היו רעבים
ויחלו לקטף שבלים
מן הקמות ולאכול :
והפרושים הראום
אמרו הנה תלמידיך ע
עושים שאין ראוי ל
לעשות בשבת : והוא
אמר אלהם הלא קראתם
מה שעשה דוד כאשר
היה רעב הוא ואשר ע
עמו כי בא בבית הא
האלהים ולחם הפנים

nes pro-

nes propoſitionũ, quod non fuit conceſſum ei ut illos comederet, neq; iis qui erant cum eo, ſed ſolis ſacerdotibus? Non legiſtis in lege, quod ſacerdotes prophanant ſabbatum in templo, & tamen ſunt ſine culpa? Et ego dico uobis, quod maior tẽplo eſt in hoc loco. Et ſi ſciretis quid ſit, pietatem uolui & non ſacrificium, non condemnaſſetis innocentes. Nam dominus eſt filius hominis & etiam ſabbati. Et cum inde tranſiret, ingreſſus eſt in ſynagogam eorum, & ecce homo aderat cuius manus aruerat, & interrogauerunt eum atq; dixerunt: Licitũ ne eſt ſabbato curare? ut ſcilicet accuſarent eum. Ipſe autẽ dixit eis: quis eſt ex uobis homo qui habet ouẽ unã, & illa ſi in ſabbato ceciderit in foueam, non'ne apprehendet eã? & non'ne homo præſtantior eſt oue?
Licitum

אֲבָל שֶׁלֹּא הָיָה הוּתַּר לוֹ
לֶאֱכֹל אוֹתָם וְלֹא לַאֲשֶׁר
עִמּוֹ כִּי אִם לַכֹּהֲנִים ל
לְבַדָּם׃
הֲלֹא קְרָאתֶם בַּתּוֹרָה ש
שֶׁהַכֹּהֲנִים מְחַלְּלִים ת
הַשַּׁבָּת בְּהֵיכַל וְאֵינָם נ
נֶאֱשָׁמִים׃
וַאֲנִי אוֹמֵר לָכֶם כִּי
גָּדוֹל מֵהַהֵיכָל הוּא פֹּה׃
וְאִם תֵּדְעוּ מָה הוּא חֶסֶד
חָפַצְתִּי וְלֹא זֶבַח אֵין ת
תְּחַיְּבוּ אֶת־נְקִיִּים׃ כִּי
אֲדוֹנֵי הוּא בֶּן הָאָדָם וְגַם
הַשַּׁבָּת׃
וַיַּעֲבֹר מִשָּׁם
בָּא בְּבֵית כְּנֶסֶתָם וְהִנֵּה
אָדָם שֶׁיָּבְשָׁה יָדוֹ וַי
וַיִּשְׁאֲלוּ לוֹ לֵאמֹר׃ אִם
מוּתָּר בַּשַּׁבָּת לְרַפֵּא ל
לְמַעַן שֶׁיַּלְשִׁינוּ עָלָיו׃
וְהוּא אָמַר לָהֶם מִי בָכֶם
אָדָם שֶׁיֵּשׁ לוֹ צֹאן אַחַת
שֶׁתִּפֹּל בְּבוֹר בַּשַּׁבָּת הֲלֹא
יַחֲזִיקֶנָּה וְיַעֲלֶנָּה וַהֲלֹא
אָדָם הוּא טוֹב מִצֹּאן׃

Licitum eſt igitur bene-
facere in ſabbato. Tunc
dixit homini: extende ma
num tuam: & extendit,
atq; reuerſa eſt ad ſanita-
tem inſtar alterius. Egre-
dientes autem Phariſæi,
inierunt concilium con-
tra eum, quatenus illum
perderẽt. At Ieſus ſciens,
receſſit inde, ſecutiq; ſunt
eum multi, & ipſe ſana-
bat omnes. Pręcepit pro-
inde eis, ne ipſum publi-
carent, ut impleretur id
quod dictum erat per Iſa-
iam prophetã dicentem:
[b] ecce ſeruus meus, cui
innitar, electus meus, (in
quo) complacitũ eſt ani-
mæ meę, poſui ſuper eum
ſpiritum meum, iudicium
proferet gentibus. Non
clamabit neq; leuabit (uo
cem,) neq; auditam faciet
in platea uocem ſuam.
Arundinem fractam non
comminuet, & linum ca-
ligans non extinguet, in
ueritate proferet iudiciũ.
Nõn contriſtabitur nec

לָכֵן מוּתָּר לְהֵיטִיב ב
בְּשַׁבָּת ׃
אָז אָמַר לָאָדָם
נְטֵה אֶת־יָדֶךָ וַיֵּט וַתָּשָׁב
לִרְפוּאוֹת כְּמוֹ הַשֵּׁנִית ׃
וַיּוֹצְאִים הַפְּרוּשִׁים ו
וַיִּוָּעֲדוּ עָלָיו כְּדֵי שׁי
שֶׁיְּאַבְּדוּ אוֹתוֹ ׃ וְיֵשׁוּעַ
יוֹדֵעַ וַיָּסַר מִשָּׁם וַיֵּלְכוּ
אַחֲרָיו רַבִּים וְהוּא רִפָּא
כֻּלָּם ׃
וַיְצַוֵּם שֶׁלֹּא יְפַרְסְמוּהוּ
לְמַעַן שֶׁיִּתְקַיֵּם מָה ש
שֶׁנֶּאֱמַר עַל־יְדֵי יְשַׁעְיָהוּ
הַנָּבִיא הָאוֹמֵר הֵן עַבְדִּי
אֶתְמָךְ־בּוֹ בְּחִירִי רָצְתָה
נַפְשִׁי נָתַתִּי רוּחִי עָלָיו
מִשְׁפָּט לַגּוֹיִם יוֹצִיא ׃
לֹא יִצְעַק וְלֹא יִשָּׂא וְלֹא
יַשְׁמִיעַ בַּחוּץ קוֹלוֹ ׃
קָנֶה רָצוּץ לֹא יִשְׁבּוֹר ו
וּפִשְׁתָּה כֵהָה לֹא יְכַבֶּנָּה
לֶאֱמֶת יוֹצִיא מִשְׁפָּט ׃
לֹא יִכְהֶה וְלֹא

animo

ירוץ עד ישים בארץ
משפט ולהורתו איים
ייחלו : אז הגש אליו
בעל השדה עור והרש
וירפא אותו בדי שיכל
לדבר ולראות: ויתמהו
כל ההמונות ויאמרו :
הלא הזה הוא בן דוד :
ושומעים הפרושים א
אמרו הזה אין הוציא
את השדים כי אם בבעל-
זבוב השר השדים :
וישוע ידע
מחשבותיהם אמר א
אליהם כל ממלכות ב
נחלקת בעצמה תשמם
וכל-עיר או בית חב
תנחלק בעצמו אין י
יעמד: ואם שטן ישלח
את שטן הוא נחלק ב
בעצמו ואיך תעמד מ
מלכותו : ואם אני
בבעל-זבוב מוציא את
השדים בניכם במי י
יוציאו על כן הם יהיו
שופטיכם : וכי אני ב
ברוח האלהים מוציא

animo frangetur, usque dum posuerit in terra iudicium: & legem eius insulæ expectabunt. Tunc adductus est ad eum dæmoniacus cæcus atq; mutus, & sanabat eũ, ut iam loqui posset & uidere. Miratæq; sunt omnes turbæ & dixerunt. Non ne hic est filius Dauid? Et audientes Pharisæi dixerũt, iste non eijcit dæmonia, nisi in Baalzebub principe dæmoniorum. Sciens uerò Iesus cogitationes eorum dixit ad eos: omne regnũ diuisum in se, desolabitur, & omnis ciuitas aut domus diuisa in se, non stabit. Et si satan eijcit satanam, ipse diuisus est in se, quomodo ergo stabit regnum eius? Et si ego in Baalzebub eijcio dæmonia, filij uestri in quo eijciunt? propterea [c] ipsi erunt iudices uestri. Quod si in spiritu dei eijcio dæmonia, igitur peruenit ad uos re-

gnum dei. Et quomodo poterit quis intrare in domum potẽtis, ut diripiat uasa illius, nisi prius uinxerit fortẽ illum, & tunc diripiet domũ eius? Qui non est mecũ, aduersum me est, & qui non colligit mecum, dispergit. Propterea dico uobis: omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus,[d] blasphemia autẽ quæ est contra spiritum, non remittetur. Et quicunq; dixerit uerbũ contra filium hominis, remittetur ei: qui autẽ dixerit uerbum cõtra spiritum sanctum, non remittetur ei in hoc mundo, neq; in futuro. Facite arborẽ bonam & fructum eius bonum, aut facite arborem malam & fructũ eius malum: quoniam ex fructu cognoscitur arbor. Generatio uiperarum, quomodo potestis loqui bona, dum uos estis mali? Siquidem ex abundantia cordis os

את-השרים אם כן באת
אליכם מלכות האלהים ;
ואיך יוכל איש לבא
בבית הגבור לבוז את-
כליו אם לא קודם י
יאסור את-הגבור ואז
יבז את-ביתו ;
מי שלא יש עמי הוא
יש כנגדי ומי שלא י
יאסוף עמי הוא יפזר ;
ועל כן אני אומר לכם
כל-חטאה וגדופה ת
תסלח לאדם וגדופה ש
שעל הרוח אין יסלח ;
וכל איש שיאמר דבר
על בן האדם יסלח לו
ואשר יאמר דבר על-ה
רוח הקודש אין יסלח
לו אין בעולם הזה ו
ואין בהבא ;
עשו עץ טוב ופריו טוב
או עשו עץ רע ופריו
רע כי מפריו יודע העץ ;
דור האפעים היך ת
תוכלו אתם טובות ב
בהיותכם רעים ;

loquitur.

כִּי מִשֶּׁפַע הַלֵּב יְדַבֵּר
הַפֶּה׃ אָדָם הַטּוֹב יוֹצִיא
טוֹבוֹת מֵאוֹצָר טוֹב ו
וְאָדָם רָע יוֹצִיא רָעוֹת
מֵאוֹצָר רָע׃
וַאֲנִי אוֹמֵר לָכֶם כִּי
כָּל־דָּבָר בַּטֵּל שֶׁיְדַבְּרוּ
הָאֲנָשִׁים יָשִׁיבוּ עָלָיו
טַעַם בְּיוֹם הַמִּשְׁפָּט׃
כִּי מֵעַל דְּבָרֶיךָ תִּצְדַּק ו
וּמֵעַל דְּבָרֶיךָ תִּתְחַיֵּב׃
אָז עָנוּ לוֹ מִסּוֹפְרִים
וּמִן הַפְּרוּשִׁים לֵאמֹר׃
רַבִּי רְצוֹנֵנוּ הוּא לִרְאוֹת
אוֹת מִמְּךָ׃
וַיַּעַן וַיֹּאמֶר לָהֶם דּוֹר
רָע וְנוֹאֵף מְבַקֵּשׁ אוֹת
וְאוֹת אֵין תִּנָּתֵן לוֹ כִּי
אִם אוֹת יוֹנָה הַנָּבִיא׃
כִּי כְּמוֹ שֶׁהָיָה יוֹנָה
בִּמְעֵי הַדָּגָה שְׁלֹשָׁה יָמִים
וּשְׁלֹשָׁה לֵילוֹת כֵּן יִהְיֶה
בֶּן הָאָדָם בְּלֵב הָאָרֶץ ש
שְׁלֹשָׁה יָמִים וּשְׁלֹשָׁה
לֵילוֹת׃ אַנְשֵׁי
נִינְוֵה יָקוּמוּ בְּמִשְׁפָּט עִם דּוֹר הַזֶּה וְיַרְשִׁיעוּהוּ׃

loquitur. Homo bonus profert bona ex thesauro bono, & homo malus profert mala ex thesauro malo. Et ego dico uobis, quod omne inutile uerbum, quod homines locuti fuerint, reddent de eo rationem in die iudicij. Nam ex uerbis tuis iustificaberis, & ex uerbis tuis cōdemnaberis. Tunc responderunt ei quidam ex scribis & ex Pharisæis dicētes: Rabbi, uolumus ex te uidere signum. Et respondit: atq; dixit eis: Generatio mala & adultera quærit signū, & non dabitur ei signum, nisi signum Ionæ prophetæ. Sicut enim Iona fuit in uentre ceti tribus diebus & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Viri Nineue surgent in iudicio cum generatione ista & condemnabunt eam,

quia fecerunt pœnitentiam ad prædicationẽ Ionæ:& ecce pluſquam Iona eſt in hoc loco. Regina auſtri ſurget in iudicio cum generatione hac & condemnabit eam, quoniam uenit à finibus terræ ut audiret ſapientiam Salomonis: & ecce plus quã Salomo eſt hic. Cum exierit ſpiritus immundus ab homine, uadit per loca arida & quærit requiem & non inuenit. Tunc dicit, reuertar ad domum meam de qua exiui. Et ueniẽs reperit eam uacuam & ſcopis mundatam & ornatam. Tunc uadit & accipit ſeptem ſpiritus alios peiores ſe, & ingreſsi habitant ibi, eruntq́ꝫ nouiſsima hominis illius peiora prioribus.[e] Sic erit generationi huic malæ. Cùm autem adhuc loqueretur ad turbas, ecce mater eius & fratres eius ſtabant foris, quærentes ei loqui. Et di-

כי עשו תשובה לקריאת
יונה והנה יותר מיונה
פה: מלכת הדרום תקום
במשפט עם דור הזה ו
וירשיעו כי באה מקצוי
הארץ לשמע את־חכמת
שלמה והנה יותר מש
משלמה פה: כשיצא
רוח הטמאה מאדם תלך
על מקומות יבשים ו
ותבקש מנוח ולא ת
תמצא: אז תאמר אשוב
אל ביתי אשר ממנו י
יצאתי: ותבא ותמצא
אותו ריק ומטוהר ביעי
ומפאר: אז תלך ותקח
את־שבע רוחות אחרות
רעות מאותה ותבאנה
וישבנה שם ותהיין א
אחריות האדם ההוא ר
רעות מראשיות: כן
יהיה לדור הזה הרע:
וכאשר הוא עוד ידבר
אל הכיתות הנה אמו
ואחיו יעמדו בחוץ ו
ויבקשו לדבר אליו:

ויאמר לו אחד הנה אמך
ואחיך עומדים בחוץ
ומבקשים אותך: והוא
ענה לאומר לו ויאמר
איזו אמי ומי אחי:
ויט ידו על תלמידיו
ויאמר הנה אמי ואחי:
כל איש אשר יעשה ר
רצון אבי שבשמים ה
הוא אחי אחות ואמי:

xit illi quidam, ecce mater tua & fratres tui foris ſtant quærentes te. Et ipſe reſpondit dicēti ſibi & ait: quæ eſt mater mea, & qui fratres mei? Et extendit manum ſuper diſcipulos ſuos & ait: ecce mater mea & fratres mei. Quicunqꝫ fecerit uoluntatem patris mei qui eſt in cœlis, hic frater meus, ſoror & mater mea eſt.

a *Quod non licet facere ſabbato.*] *Cum dilectio proximi ſimilis ſit dilectioni dei, & unus ſine altero ſyncerè diligi nequeat, deus autem uoluerit ſibi parari cibos in ſabbato, hoc eſt, ſacrificia, ſine uiolatione ſabbati, ſequitur quod & homini liceat pro corpore ſuo parare cibum, cum dominus pietatem erga proximum ſemper tanti fecerit imò quandoqꝫ pluris quàm ſua ſacrificia, ſicut patet ex adducta ex* Hoſea *autoritate, & inſeruire proximo in neceßitate conſtituto præferat ocio ſabbati.* Non enim *homo eſt propter ſabbatum, ſed ſabbatum propter hominem. Vanum eſt igitur Iudæorum argumentum quod hic contra nos adducunt.*

המינים אומ' הפירוש אינו כך שלא לעשות
מלאכה אלא שלא לעבור עבירה' אב"א אסור
בשבת לחטוא ובשאר ימי השבועה מותר
לחטוא' ויל' הזאת אין אנחנו אומרים שהיא
מותר לחטוא ביום אחר מחשבת בא"ה המיר
לחשמר מלחטוא:

Excuſat autem Chriſtus *& alia ratione diſcipulos ſuos quando*

dicit, Maior templo est in hoc loco: quasi dicat: Si templi sanctitas excusat sacerdotes quod in die sabbati opus faciūt, magis debet meos discipulos excusare mea praesentia, cum ego maior sim templo. Est enim filius hominis dominus templi et sabbati. Et quod rursum perfidi homines Christo insidias struunt, an liceat sabbato infirmum curare, & ipse commodo exemplo de oue in foueam lapsa ipsorū stulticiam confutat & compescit, posteri eorum, hoc est, nostrates Iudaei, illis peruicaciores hac responsione non contenti sic reclamant, conantes sanum Christi responsum eneruare:

בשאמר ישו מי בכם אדם שיש לו צאן אחד
וכו׳ והלא שקר הוא שכך גלוי לכל העמים
שאין ישראלי׳ רשאין להעלות שום בהמה
בשבת לא מבאר ולא מחפורה ומדוע השיב
להן כך ובכך היה מתיר לעשות מלאכה ב
בשבת׳ ויל׳ אמת הוא מה אשר פה אמרתם
כי אתם לא העלו את בהמה או אדם בשבת
מבאר אם יפול בחפירה כי קראתי בספר אחד
אשר בו נכתבו מעשים ודברי הארץ סאב״שן
שבפעם אחת נפל יהודי אחד אעיר מ
מיירנב ורג בשבת לבית כסא ושאר יהודים
לא רשאין להעלותו משם כדי שלא יחללו
את השבת׳ וכששמע ההגמון העיר ההיא
צוה שלא יחללו גם יום אחר שבא אחר
שבת שהוא קדוש אצל משיחיים וכן יש
יהודי ההוא ימים שנים בבית הכסא׃

Sensus huius obiectionis est: Quando dicit Iesus, quis ex uobis ...omo, qui habet ouem unam &c. Nonne hoc falsum est, cum om... ...pulo constet, quod Israëlitis non liceat sabbato ullum pecus ex... ...s uel de fouea? quare igitur respondit illis sic? per hoc enim licentiam

centiam dedit faciendi opus in sabbato. Quorum stulticiæ sic respondi. Verum est quod hic dicitis, nempe quod non extrahitis pecus in sabbato de puteo neq; hominem, si ceciderit in foueam. Quoniam legi in libro quodam, in quo describuntur gesta regionis Saxoniæ, quod uice quadam cecidit Iudæus unus in ciuitate Meidenburgensi cum esset sabbatum in latrinam: & reliqui Iudæi non audebant eum extrahere ne uiolarent sabbatum. Quod cum audisset episcopus urbis illius, præcepit ne & sequentem diem qui Christianis sacer habetur, uiolarent, & sic biduo miser Iudæus sedit in fœtore latrinæ. Non intelligunt obstinati illi homines, die sancto sancte agendum, proximo succurendum, cum deo magis placeat pietas & misericordia quàm sacrificium. Sed hæc & similia non audiunt, ut quando illis obijcimus id quod scribitur Isaiæ primo,

חדשיכם ומועדיכם שנאה נפשי היו עלי לטרח:

Id est, neomenias uestras & solennitates uestras odiuit anima mea, factæ sunt mihi in fatigationem, uersipelles homines obstinato animo respondent;

דתכם החדשה אין בה חפץ שיהרי התלוי עצמו לא
בא לסתור את הדין אך לקיים בדבר אמת ואם שמים
וארץ יתבטלו דברי משה ושאר נביאים לא יתבטלו
ומשה וכל הנביאים צוו והזהירו על זכירת שבת
ושמירתו אבל אתם עוברים על דת התלוי כי אינכם
שומרים השבת וזאת הנבואה חדשיכם ומועדיכם
כו נאמרים בימי ישעיה והתלוי נולד אחר כן במאת
שנים ואם היה שנא השבתות והמועדים והחדשים
למה קבל עליו דת יהודית מילה ושבת וכל חקת
ישראל כל ימיו ולא עוד אלא אפלו יום ראשון
אינכם שומרים כראוי ואינכם שובתים בו כהוגן אך
אתם עושים בו מלאכה אתם ובהמתכם ואינכם נחים:

Summa horum uerborum est, quod Iudæi nolunt suscipere legem nostram nouam, cum & crucifixus noster non uenerit occultare ueterem legem, sed magis illam uerbo uerißimo confirmarit, nempe quod prius cœli & terra sint annihilandi, quàm ut uerba Mosi & reliquorum prophetarum intereant. Omnes autem prophetæ præceperunt & monuerunt habendam memoriam sabbati & obseruantiam eius. Et hinc probant nos transgressores esse legis crucifixi, quia non obseruamus sabbatum. Porro prophetia illa, Neomenias uestras & solennitates uestras &c. Dicta est pro diebus Isaiæ: Crucifixus autem longe pòst natus est. Et si ipse odiuit sabbata, solennitates & neomenias, quare suscepit super se legem Iudaicam, circuncisionem, sabbatum & uniuersam legem Israel cunctis diebus suis? sed nec dimittitis rite obseruatis, quietem scilicet iustam obseruãtes. quietem scilicet iustam obseruantes, sed facitis opus in eo uos & iumenta uestra, quibus non conceditis requiem. Vides hic nimirum, quàm cohæreant uerba inimicorum crucis Christi. Si ille obseruauit sabbatum & uniuersam legem Israel, cunctis diebus suis, ut hic Nizahon eorum dicit, quare tantopere condemnant eum ut uiolatorem sabbati & transgressorem legis? Item Christus non dicit, potius cœlum & terram transitura quam uerba Mosi, sed cœlum & terra transibunt, uerba autem mea non transibunt. Durauit Mosis & prophetia usq; ad Christum, & per Christum exhibita est legis promißio: non igitur destruxit Christus legem, sed adimpleuit quæ illa promisit: & ita euacuata sunt legalia & umbra legis, pòstquam ueritas apparuit. Legale fuit obseruare diem sabbati, morale autem, unum per hebdomadam custodire diem, in quo tota familia quiescat ab operibus externis, uacetur audiendo uerbo dei, memorandis eius beneficijs & præcationibus &c.

b Ecce seruus meus.] Isaiæ 42. capite scribitur iste locus. Vocatur autem seruus propter formam serui quam accepit, cum non rapina illi sit, esse æqualem deo. Huic innititur pater cœlestis & per eum

per eum omnia perficit, oblectatur eo, ponit in eo spiritum sine mensura. Hic propter summam mansuetudinem & placiditatem, non clamauit propter illatas iniurias, non malum pro malo reddidit, qui nominibus placidum & mitem sese exhibuit, nemini uim fecit, sed omnes mitibus uerbis ad se allicere studuit. Infirmos & desperationi proximos non contempsit, sed consolatus est suauibus uerbis, fouit & reduxit, id quod intelligitur per hæc uerba prophetæ: Arundinem fractam non comminuet &c. Et hic locus à diuo Matthæo adducitur contra id quod Christus præceperat populo, ne illum publicarent. cum tamen inaudita eius beneficia, quæ propheta in spiritu uiderat, illum declararint esse Christum, sed uoluit nobis dare exemplum, ut populi fauoribus non extolleremur neque uanam gloriam quæreremus. Ille prohibuit ne plebs eum magnificaret, & tamen opera eius non tacebant, sed eum prædicabant. Vanum est ergo argumentum Iudæorum, quo hic latrant contra Christum,

אם הוא אלוה למה כסה את עצמו בבשר ומפני מה לא בא בפרהסיא לחדש תורתו ולתתה בגילוי כדי שלא יטעו אנשי אותו הדור ולא יכשלו בו באי עולם היה לו לעשות מעשיו בגילוי וידועים ו ונכרים כדי שיהיו הכל מאמינים בו וגדולה ה האהבה זו שאבד בכסוי זה יותר מן הפריון ש שהרי באותו כסוי זה לקו עליו מהאמין בו ויל כסה את עצמו כדי שיתן לנו דמות ומשל השפלות שלא נבקש כבוד אצל בני האדם אלא מעשיו ו ונפלאות אשר עשה הם נתנו עדות עליו מי הוא אכ אין הוא התכסה מאחר שמעשיו יראו את א אלהותו :

Sensus est: Si fuit deus, quare latuit sic & non fecit se manifestum cum innouaret legem suam, & quare non dedit eam in mani-

festo, ne errarent homines sui sceculi, impingerentq́; in eo omnes qui ingrediuntur seculum? Debuerat *opera sua facere palam, ex quibus cognitis, omnes credidissent in eum.* Nunc *auten maior est perditio, quando ille sic latere uoluit quam sit redemptio, posteaquam ob illam absconsionem homines conentur credere in eum.* Ad *quam obie ctionem respōdi Iudæis in sua lingua, ut prius, uidelicet humilitatis gratia & propter exemplum illum uoluisse latere, quem tamen opera sua magnifica latere non permiserunt.*

c Ipsi *erunt iudices uestri.*] Hoc *est, ob id quòd illi crediderunt ueritati, quam uos tantopere impugnatis, iudicabunt uos.* Quod *si spiritu & digito* Dei *me agnoscitis eijcere dæmonia, id quod sana mente refragari non potestis, profecto peruenit ad uos regnum* Dei *& adest* Christus *uobis promissus.* Porro *per eum qui intrauit in domum potentis & diripuit uasa eius, intelligitur* Christus, *qui ingressus mundum regnum satanæ, spolia eius diripuit.* Spolia *sunt qui non agnoscunt deum &* Christum *filium eius, & hos tenet satan captiuos pro sua uoluntate.* Sed Christus *multos illi rapuit & posuit in regnum suum &c.*

d Blasphemia *contra spiritum non remittetur.*] Sensus *est:* Quibus *innotuit ueritas dei, per spiritum dei, ita ut nequeant dubitare, sed mens ipsa sentit apertissime uim spiritus, sentit opus esse dei & non satanæ, & tamen non uolunt dare gloriam deo, hi grauius peccare nequeunt, quando spiritui & ueritati non acquiescunt, & iusto dei iudicio nunquam remissionem assequentur peccatorum.* Et *tales fuerunt* Pharisæi *& scribæ, quando apertissimum opus dei dæmonio ascribebant.* Poterant *aliquando peccare contra filium hominis, metientes illum ex sua humilitate & paupertate, & hinc arguentes illum non esse deum, sicut &* Paulus *ex ignorantia primum persequebatur* Christum *in membris eius, sed illa peccata remißibilia erant, cum non fierent contra spiritum & conscientiæ ipsorum certißimum testimonium.* Sic *omnis impius reprobatus à domino, agnoscit ueri-*

ſcit ueritatem nec illam negare poteſt, & tamen dicitur non agnoſcere, quando illam amplecti nequit. Tali ferè odio laborabat Saul contra innocentem Dauid: tali furia agitabatur Pharao contra Iſraëlitas in Aegypto. Et quod de arbore in textu ſubiungitur, hunc habet ſenſum: oſtenditis fructibus ueſtris quales eſtis arbores & ex quali cordis abundantia loquamini. Qualis ſit animus ueſter teſtantur uerba ueſtra. Fieri poteſt ut ſubdolus animus aliquamdiu ſed non perpetuo diſsimulet peruerſitatem ſuam: ut uerum ſit uulgare prouerbium: Ex uerbis tuis iuſtificaberis & condemnaberis, hoc eſt, pro iuſto uel iniquo iudicaberis. Et quod rurſum ſubditur de uerbo ocioſo, hunc habet ſenſum, omne uerbum quod non ædificat proximum, indignum eſt Chriſtiano homine, & conſcientia eius damnatum hominem ſingulari torquebit cruciatu.

[e] *Sic erit generationi huic malæ.*] Hoc eſt, *ſimilitudo ad uos pertinet: qui cum olim præ cæteris gentibus receperitis legem, & à uobis expelleretur dæmon, ille uagatus per gentiũ corda & ad uos reuerſus, ſuſcipitur iterũ à uobis, et locus habitandi ultrò conceditur.*

בַּיּוֹם הַהוּא יָצָא יֵשׁוּעַ מִבַּיִת וַיֵּשֶׁב עַל שְׂפַת הַיָּם וַיִּקָּבְצוּ אֵלָיו רַבּוֹת רַבּוֹת וְהוּא עָלָה בִסְפִינָה וַיֵּשֶׁב וְכָל־הָעָם עָמַד עַל־שְׂפַת הַיָּם וַיְדַבֵּר אֲלֵיהֶם הַרְבֵּה בִּמְשָׁלִים וַיֹּאמַר׃
הִנֵּה יָצָא הַזּוֹרֵעַ לִזְרֹעַ זַרְעוֹ׃


IN die illa egreſſus Ieſus è domo, ſedebat ad littus maris, congregatæq; ſunt ad illum turbæ multæ ita ut aſcẽderet in nauim & ſederet: cũctus autẽ populus ſtabat in littore maris, & ipſe loquebatur ad eos multa [a] in parabolis atq; dicebat. Ecce [b] exijt ſeminator, ut ſeminaret ſemẽ ſuum.

ſuum. Et cum ſeminaret, quædam ceciderunt iuxta uiam, & uenerunt uolucres cœli & comederũt ea. Alia uero ceciderunt ſuper petrã, ubi non erat multum terræ, & protinus exorta ſunt, quia nõ erat eis profunditas terræ. Et poſtquàm exortus fuit ſol exiccata ſunt, & quoniam non habuerunt radicem exaruerunt. Rurſum alia ceciderunt in medium ſpinarum, & cum creuiſſent ſpinæ ſuffocauerunt ea. Alia uero ceciderunt in terram bonam & dederunt fructum, unum centuplũ, aliud ſexagecuplum & aliud trigecuplum. Qui habet aures ad audiendum, audiat. Accedẽtes autem ad eum diſcipuli eius, dixerunt: quare loqueris cum eis in parabolis? Qui reſpondens dixit eis. Quia uobis datum eſt intelligere myſteria regni cœlorum, illis autẽ non eſt datum.

ובשזרע נפלו קצת מ
מהם אל הדרך ויבאו ע
עופות השמים ויאכלו
אותם :
ואחרים נפלו על הסלע
אשר אין שם ארץ רבה
ומיד צמחו כי אין להם
עמק בארץ :
ואחרי שזרחה השמש
חרבו ואשר אין להם
שרש יבשו :
ואחרים נפלו לתוך
הקוצים ויעלו הקוצים
ויחנקו אותם :
ואחרים נפלו בארץ ט
טובה ויתנו פרי אחד
מאה ואחד ששים ואחד
שלשים : מי שלו
אזנים לשמע ישמע :
ויקרבו אליו תלמידיו
ויאמרו למה תדבר א
אתם במשלים : ויען
ויאמר אליהם : כי נתן
לכם להבין סודות מ
מלכות השמים ולאלה
אין נתן :

Quiſquis

כִּי מִי שֶׁיֵּשׁ לוֹ יִנָּתֵן לוֹ
וְיַשְׁפִּעַ וּמִי שֶׁאֵין לוֹ גַּם
מַה־שֶּׁיֵּשׁ לוֹ יִקַּח מִמֶּנּוּ׃
וְעַל כֵּן אֲנִי מְדַבֵּר לָהֶם
בִּמְשָׁלִים כִּי הֵם רוֹאִים
אֵין יִרְאוּ וְשׁוֹמְעִים א
אֵינָם יִשְׁמְעוּ וְאֵין י
יָבִינוּ לְתִתְקַיֵּים בָּהֶם ת
הַנְּבוּאַת יְשַׁעְיָהוּ הא
הָאוֹמֵר שִׁמְעוּ שָׁמוֹעַ וְאַל
תָּבִינוּ וּרְאוּ רָאוֹ וְאַל
תֵּדָעוּ׃ הַשְׁמֵן לֵב הָעָם
הַזֶּה וְאָזְנָיו הַכְבֵּד ו
וְעֵינָיו הָשַׁע פֶּן יִרְאֶה
בְעֵינָיו וּבְאָזְנָיו יִשְׁמַע
וּלְבָבוֹ יָבִין וָשָׁב וְרָפָא
לוֹ׃ וְאַשְׁרֵי עֵינֵיכֶם כִּי
תִרְאֶינָה וְאָזְנֵיכֶם כִּי ת
תִשְׁמַעְנָה׃ אָמֵן אֲנִי
אוֹמֵר לָכֶם כִּי רַבִּים נ
נְבִיאִים וְצַדִּיקִים חָפְצוּ
לִרְאוֹת אֲשֶׁר אַתֶּם רוֹאִים
וְלֹא רָאוּ וְלִשְׁמֹעַ אֲשֶׁר
אַתֶּם שׁוֹמְעִים וְלֹא ש
שָׁמֵעוּ׃

וְאַתֶּם שִׁמְעוּ מְשַׁל

Quiſquis enim habet dabitur ei & abundabit, & ille qui non habet, etiam id quod habet auferetur ab eo. Propterea per parabolas ego loquor illis, quia uidētes non uident & audientes ipſi non audiunt neq; intelligunt, ut impleatur in eis prophetia Iſaiæ dicentis: Audite audiendo & non intelligetis, uidete uidendo & non cognoſcetis. Impingua cor populi huius & aures eius aggraua atq; oculos eius obline ne forte uideat oculis ſuis & audiat auribus ſuis, intelligat'q; corde ſuo, & reuertatur & ſanitas contingat ei. Beati autem oculi ueſtri quia uident, & aures ueſtræ quia audiunt. Amen dico uobis, quod multi prophetæ & iuſti deſiderauerūt uidere quę uos uidetis & non uiderunt, & audire quæ uos auditis & non audierunt. Vos itaq; audite parabolam ſe-

lam ſeminantis : Omnis qui audit uerbum regni & non intelligit, uenit ille malus & rapit id quod ſeminatum eſt in corde eius : & hic eſt qui iuxta uiam ſeminatus fuit. Qui autem ſuper petram ſeminatus eſt, hic eſt, qui audit uerbum ac protinus cum gaudio ſuſcipit illud, ſed non habet in ſe radicem, uerum ad horam manet. Quando enim inſurrexerit tribulatio aut perſecutio propter uerbum, illico offenditur. At qui in ſpinis eſt ſeminatus, hic eſt qui audit uerbum dei, ſed ſollicitudo huius ſeculi & iniqua mammona ſuffocat uerbũ, ut quoq; ſine fructu ſit. Porro qui ſeminatur in terram bonam, hic eſt qui audit uerbũ & intelligit, redditq; fructum, unus quidem centuplum, alius autem ſexagecuplũ, alius uerò trigecuplũ. Rursus propoſuit eis aliam parabo-

חזורע כל ששמע דבר
מלכות ולא יבין יבא
הרע ויטרף מה שזרוע
בלבו וזה הוא שנזרע
על הדרך : ואשר נזרע
על הסלע זה הוא ש
ששומע דבר ופתאם ב
בשמחה ישא אותו ו
ואין יש בתוכו שרש
כי אם לשעה יעמד :
ובשתקום צרה או רי
רידוף בעבור הדבר מ
מיד יכשל :
ואשר נזרע
בקוצים זה הוא שישמע
דבר האלהים ודאגת ה
העולם הזה ושקר מ
ממונה יחנק את הדבר
ויהיה בלי פרי : אך
אשר נזרע על ארץ ט
טובה זה הוא ששומע
את הדבר ומבין ומביא
פרי ואחד עושה מאה
ואחר ששים ואחר ש
שלשים :
עוד שם לפניהם משל

lam di-

אחר לאמר ׃ נדמתה
מלכות השמים לאדם
שזרע זרע טוב בשדהו ׃
ובאשר ישנו אנשים
בא אויבו ויזרע חרול
בתוך חטים וילך ׃
ובשגדל עשב ועשה
פרי אז נראו גם חרולים
׃ ויקרבו עבדי הבעל
הבית ויאמרו אליו א
אדני הלא זרע טוב ד
זרעת בשדך ומאין ח
הרולים בו ׃ ויאמר
אליהם אדם אויב עשה
הזאת ׃ והעבדים אמרו
לו אם תרצה נלך ונאסף
אותם ׃ ויאמר לא פן
תאספו חרולים ויחדיו
יתשו אתם גם חטים ׃
הניחו שניהם פרי ש
שיגדלו עד הקציר ר
ובעת הקציר אמר ל
לקצרים אספו בתחלת
חרולים וקשרו אותם
לצרורות לשרוף והחטים
אספו לגרני ׃

lam dicens, Aſsimilatum eſt regnum cœlorum homini, [c] qui ſeminauit ſemen bonum in agro ſuo. Et cum dormirent homines, uenit inimicus eius & ſeminauit zizania inter triticum, abijtq́. Et cum creuiſſet herba & feciſſet fructum, tunc apparuerunt & zizania. Accedentesq́ ſerui patrisfamilias dixerũt illi: domine, nonne ſemen bonum ſeminaſti in agro tuo? & unde habet zizania? Qui dixit ad eos: inimicus homo fecit hoc. Dixerunt ei ſerui: uis ne ut abeuntes colligamus ea? Reſpõdit: nõ, ne fortè colligentes zizania ſimul cum eis eradicetis & triticum. Sinite utraq́ ſimul creſcere uſq́ ad meſſem, & in tempore meſsis dicã meſſoribus: colligite primum zizania & ligate ea in faſciculos ad comburendum: triticum uerò congregate in horreum meum.

Iterum

Iterum propoſuit eis parabolam aliam dicens: Simile ſcilicet eſt regnum cœlorũ [d] grano ſinapis, quod accipit homo & ſeminat in agro ſuo: & ipſum quidẽ minus eſt cunctis ſeminibus: quando autem creuerit, fit maius cunctis herbis & fit arbor, ut etiã uolucres cœli ueniant & nidos faciant in ramis illius. Rurſum locutus eſt eis per parabolam aliam: Aſsimilatur regnum cœlorũ fermento, quod accipit mulier & abſcondit in tribus ſatis ſimilæ, donec totũ in fermentum redigatur. Hæc omnia locutus eſt Ieſus in parabolis ad turbas, & ſine parabolis nihil loquebatur ad eas, ut impleretur id quod dictum fuerat per prophetam dicentem: Aperiam in parabola os meum, eructabo ænigmata ab antiquo tẽpore. Tunc dimiſit turbas & uenit in domum,

עוד שם לפניהם משל
אחר לאמר נדמה מ
מלכות השמים לגרעין
חרדל שיקח אותו אדם
וזורע בשדהו והוא ס
קטן מכל זרעים וכ
כשיגדל יהיה גדול
מכל עשבות ויהיה עץ
שגם עופות השמים י
יבאו וקננו בסעפיו
: עוד דבר אליהם ב
במשל אחר נדמתה מ
מלכות השמים לחמץ
שתקח אשה וטמנה א
אותו בשלש סאים של
קמח עד יחמץ כלו :
כל אלה דבר ישוע
במשלים אל הכתות
ומבלתי משלים לא ידבר
אליהם להמלא מה ש
שנאמר על ידי הנביא
האומר אפתחה במשל
פי אביעה חידות מני
קדם :
אז עזב הכתות
ויבא בבית ויגשו א

acceden-

אליו תלמידיו לאמור
באר לנו את-משל ה
החרולי השדה : ויען
ויאמר מי שזורע זרע
טוב הוא בן האדם ו
השדה הוא עולם :
וזרע הטוב הם בני מ
מלכות והחרולים הם בני
בליעל : ואויב אשר
זרע אותם הוא שטן
והקציר היא תכלית ה
העולם והקוצרים הם מ
מלאכים : וכאשר
יאספו החרולים ונשרפו
באש כן יהיה בתכלית
העולם : כי ישלח בן
האדם את-מלאכיו ו
ויאספו מבין מלכותו
כל-מכשולים ואותם
שעשו רשע וישליכום
אל תנור האש שם יהיה
בכי וחרוק שנים : אז
צדיקים יזהירו כשמש
במלכות אביהם : מי
שלו אזנים לשמוע
ישמע : נדמתה

accedentesq́ ad eum discipuli eius, dixerunt: interpretare nobis parabolam zizaniorũ agri. Qui respondens ait: Ille qui seminat semen bonum, est filius hominis, ager autem est mundus. Cæterum semen bonum, sunt filij regni: zizania autem sunt filij Belijaal. Et inimicus qui seminauit ea, est diabolus: messis uerò est consummatio seculi, & messores sunt angeli. Et quemadmodum colliguntur zizania & comburuntur igni, sic erit in consummatione seculi. Quoniam mittet filius hominis angelos suos, qui colligant de medio regni eius omnia offendicula, & eos qui fecerunt iniquitatem, mittentq́ illos in caminũ ignis: ibi erit fletus & stridor dentium. Tunc iusti fulgebũt sicut sol in regno patris eorũ. Qui habet aures ad audiendum, audiat. Simile est

regnum cœlorum [f] the-
sauro absconso in agro,
quem si inuenerit homo,
abscondit, & præ gaudio
illius uadit & uendit om-
nia quæcunque habet, &
emit agrum illum. Ite-
rum simile est regnũ cœ-
lorum homini negocia-
tori, quærẽti margaritas
bonas. Et cum inuenerit
margaritam unam præ-
ciosam, abiens uendidit
omnia quę habuit & emit
eam. Rursum assimilatur
regnum cœlorum [g] sage-
næ missæ in mare, & col-
ligenti ex omni genere
piscium. Quam extrahen
tes in littus maris cum im
pleta esset, & sedentes ele
gerunt bonos in uasa, ma
los autem miserunt fo-
ras. Sic erit in consumma-
tione seculi: nam egredi-
entur angeli & separa-
bunt malos de medio iu-
storum, mittentq́ eos in
caminum ignis. Ibi erit
fletus & stridor dentium.
Intellexistis hæc omnia?
Dixe-

מלכות השמים לאוצר
הנסתר בשדה אשר אם
ימצא אדם יסתיר ומן
שמחתו ילך וימכר כל־
שלו ויקנה את־השדה
הזה׃ עוד גדמתה מלכות־
השמים לאדם הסוחר ח
המבקש את־מרגלין ט
טובים׃ ובשמצא מרגלא
אחד יקר הלך וימכר כל
־אשר לו ויקח אותו׃
עוד גדמתה מלכות
השמים למכמורת הש
השוחה בים ו־אוספת
מכל־מין הדגים׃
ומוציאים אותה כש
כשמלאה ועל שפת הים
יושבים בחרו את־הט
טובים לכלים ורעים
שלחו לחוץ׃ כן יהיה
בתכלית העולם כי י
יצאו מלאכים ויבדלו
את־רעי מתוך צדיקים
וישלחו אותם אל תנור
האש׃ שם יהיה בכי
וחרוק שנים׃ הבינותם
כל־האלה׃

ויאמרו אליו כן: ויאמר אליהם לכן כל־־סופר מלמד במלכות השמים הוא דומה לאדם בעל־הבית שמוציא מן או אוצרו חדשים וישנים:
ויהי בכלות ישוע לדבר משלים האלה עבר מ משם:
ויבא אל ארץ מולדתו וילמדא בבתי כנסיותם ויתמהו לאמר מאין ל לזה חכמה הזאת וה והגבורות: הלא זה בן נפחא הלא אמו נאמרת מרים ואחיו יעקב וי ויוסף שמעון ויהודה:
והלא אחיותיו כלן עמנו הן ומאין לזה כל ־האלה ויכשלו בו:
ויאמר אליהם ישוע אין נביא בלא כבוד א אלא במקום מולדתו ובביתו ולא עשה שם גבורות רבות בעבור סרורותם:

Dixerunt ei: etiam. At ille dixit ad eos: Propterea omnis[h] ſcriba doctus in regno cœlorum, is ſimilis eſt homini patrifamilias, qui profert è theſauro ſuo noua & uetera. Et factum eſt, cum ceſſaret Ieſus loqui parabolas iſtas, tranſijt inde. Veniensq; in terram natiuitatis ſuæ, docebat in ſynagogis illorum, & illi obſtupeſcentes dixerunt: unde huic ſapientia hæc & uirtutes? Non'ne[i] hic eſt fabri filius? non'ne mater eius uocatur Miriam; & fratres eius Iacobus & Ioſeph, Simon & Iehuda? Non'ne ſorores eius omnes nobiſcum ſunt? & unde igitur huic hæc omnia? & offendebantur in eo. Dixit autem ad eos Ieſus: non eſt propheta ſine honore niſi in patria ſua atq; in domo ſua. Et non fecit ibi uirtutes multas, propter incredulitatem eorum.

a In parabolis.] Vsus est Christus plerunq; parabolis, ut auditores redderet attentiores, & ea quæ non intelligerent studiose inuestigarent, & explicationem eorum à magistro ueritatis inquirerent. Qui curiosi erant & ex corde salutem sitiebant, interpretationem obscuri sermonis sciscitabantur, segnes autem & qui non ex animo cupiebant audire uerbum dei, illi audiebant parabolas & non audiebant, aures habebant sed non audiebant, & de illis locutus est Isaias capite sexto, Audite audiendo & non intelligetis &c. De electis dicitur: Qui habet aures ad audiendum audiat: & de reprobis, Videntes non uident, & audientes non audiunt &c.

b Exijt seminator.] Ostendit hæc parabola naturam, uim, & fructum uerbi diuini. Et sunt quatuor genera hominum qui audiunt uerbum dei, sed non nisi in uno fructum facit, qui scilicet illud recipiunt corde bono & per spiritum dei immutato. Alij uero audientes uerbum, non ferunt fructum, quorum scilicet animus occupatur satanæ negocio, quem ille ad alia torquet studia, aut si recipitur uerbum non figit radicem, sed mox ut tentatio irruit frangitur animus. Sunt & qui audiunt uerbum atq; mente recipiunt, sed quia in illis præualent curæ rerum temporariarum, suffocatur & negligitur uerbum dei ut fructum ferre nequeat.

c Qui seminauit semen bonum.] Hæc secunda parabola ostendit, in ecclesia semper fore malos opera satanæ bonis permixtos, qui sine fructu audiunt uerbum dei, quin & offendicula hic à Christo uocantur, quippe qui uerbo & uita offendunt, sed sunt tolerandi usq; ad finem mundi, & tunc separabit dominus bonos à malis. Nec hoc dicitur hic, sinite utraq; crescere simul, quod mali per magistratum non sint puniendi, qui turbant rempublicam, sed docet, quantumlibet pessimi homines & qui publice non uerentur inique agere, tollantur per magistratum, semper futuros malos homines bonis permixtos. Vanum est igitur Iudæorum argumentum, quando calum-

calumniantur parabolas Christi, quod illæ non per omnia respondeant interpraetationi, ponentes pro exemplo germinationem uirgæ Aharon, per quam nostri intelligunt fœcunditatem uteri uirginalis. Arguunt autem sic:

הנה פרח מטה אהרן לבית לוי · אמרו הנוצרים שזאת
נאמ' על הריא שהיתה תבולה שילדה ישו · תיפח
רוחם כי טח מראות עיניהם ומהשכיל לבותם כי
הריא משבט לוי לא היתה ולפי דבריהם מטה
יהודה היה לפרוח שהרי מיוחסים את ישו אחריו
ועוד מי כתיב ופרח פרח בת' שכבר פרח אלא ודאי
הפרש על עסק קרח היתה כדי לבטל המחלוקת ·
ועוד יש להשיב אם המטה היה רומז לישו אב'
כשנתעברה הריא מיד בו ביום היה לה להוליד
אותו ועוד כשם שהיה השקדים נגמרים בגידולן
כך היה לו להיות גדול ביום היולדו ולא להמתין
עשרים או שלשים שנים · ועוד למה כתיב ויגמול
שקדים לשון רבים אם על ישו היה לו להיות שקד
אחד ועתה משמע שהיו הרבה ישוים :

Multi inquiunt debuerant esse Iesus, si amygdalus illa figura fuit Christi uestri, quia arbor illa multas protulit nuces, deinde mater eius mox postquam concepit debuerat parere filium, sicut amygdalus subito floruit & fructum fecit. Sed & mater eius non fuit de tribu Leui, cum hæretici genealogiam eius texant de tribu Iehudæ: hæc autem uirga designauit tribum Leui. Non igitur ob aliam causam fecit dominus florere uirgam illam, nisi ut singulare indicium esset in illa dissensione quam excitauerat Korah. Nesciuit Iudæus ille qui ista scripsit, patribus omnia contigisse in figura, id quod tam expresse testatur נחש נחשת *serpens ille æneus, quem erexit*

Moses in deserto, de quo Christus dicit Iohan. 3. icut exaltauit Moses serpentem in eremo, sic oportet exaltari filium hominis: ubi Hebræi nihil aliud putant intelligendum, quam miraculum ipsum quo dominus iterum sanauit aspectu serpentis facticij eos, qui à ueris læsi erant serpentibus. Scribunt nanq; sic:

אם ישאלך נחש נח״ת שעשה משה מי התיר לו
והכתוב לא תעשה לך פסל וכל תמונה וגו׳ תאמר
לו פה שאסר הוא הפ׳ שהתיר וכן באיסור שבת
כת׳ לא תבערו אש וכתוב וביום השבת שני כבשים
לכן אין להרהר ולדקדק במצות בוראנו · אלא מה
שאסר אסור ומה שהתיר מותר ועכ״ הזהיר משה
וכתב כל המצות אשר אנכי מצוך לא תוסיף עליו
ולא תגרע ממנו וכן תאמר מן הכרובים וזה שאמ׳
הכתוב לא תעשה לך כלו׳ לדעתך אבל לדעתי תעשה
ומה שעשו אותו לא להשתחוות לו ולא לטעות
אחריו עשו אותו אלא להראות להם כח נפלאותיו
כי במה שלקו רפאם:

Vides nimirum hic qui hebraicè calles, quàm longe sint obstinati Iudæi à uero scripturæ sensu, & quam impie agant, cum prohibent collationem fieri scripturæ, sed quemlibet locum simpliciter ut in suo passu inuenitur intelligendum: ut est iste locus quem hic adducunt. Non accendes ignem in die sabbati, & deinde alius, ubi iubentur sabbato duo per ignem offerri agni, id quod Christus quoq; præcedenti capite obiecit obstinatis sui temporis Iudæis, sed mittamus hos errores illorum. Volui hæc solum ob id adducere, ut uideres, quàm putent Iudæi in figuris & parabolis omnia membra & particulas concinnare rebus figuratis atq; similitudinum interprætationibus, nescientes sat esse si in substantia ad propositam faciant rem.

Grano

a Grano sinapis.] Sensus huius parabolæ est: ut ex minimo sinapis grano breui crescit arbor, ita euangelium & regnum cœlorum orbi inuectum à principio erat pusillum, cum pauci & contempti homines Christo adhærerent, sed breui tempore superauit regna mundi, expanditq; ramos ad fines terræ. Idem significatur per parabolam fermenti, quod breui tempore per totam farinæ massam serpit illamq; inflat. Est & fermentum maliciæ & nequiciæ de quo Paulus 1. Corinth. 5. scribit, quod scilicet multos inficere potest & corrumpere. At Christus hic loquitur de fermento fidei, quod cupit in omnes transire & spargi. Quando hic fit mentio mensuræ sati, notandum quod apud Hebræos ita inueni scriptum de mensuris:

יש באיפה ג׳ סאין ובסאה יש ו׳ קבין ובקב ד׳ לוגין ובלוג ו׳ ביצים׃

Hoc est, Habet mensura Ephi tria sata, satum continet sex kabos, in kabo autem sunt quatuor Login, & Log habet sex oua: Hæc si iuste multiplices, à Log scilicet incipiendo quæ in aridis & liquidis minima est mensura, sex continens gallinacea oua, inuenies kabum esse continentiam 24. ouorum, satum uero mensuram 144. ouorum, & Ephi quæ Epha apud Hebræos uocatur, continere 432 oua. Scribūt præterea quod decem Ephi faciant unū חומר homer, quæ mensura alio nomine כור chorus uocatur, de qua Lucæ 16. & hæc continet 4300 oua & ferè unam quartam oui, estq; maxima apud Hebræos mensura. Cæterum הין hin, quæ est mensura liquidorum, dicitur continere שנים עשר לוג duodecim log, id est septuagintaduo oua.

c In caminum ignis.] Scribunt & Hebræi de hoc igne in fine mundi arsuro & impios exusturo, sed quàm caste, ipsi uiderint: Habent enim sic:

ליו׳ הדין יבא ה׳ במורא גדול באש ובלהבה במו שנא׳

דגת הים באש בוער באש בתנור והיו כל זדים וכל
עושה רשעה קש ילהט וינקום מהם ה' נקמו ואותו
אש יהיה לרשעים ליסורין שישרוף אותם ויבלה
אותם מן העולם כמו אש זה שישרוף התבן לגמרי
שאין דבר שהוא חזה תבן ולהט החש מהרה כמו
כן יאבדו רשעים ברגע אחת יאבדו את כולם ולא
יעזוב להן שם וזכירה וכל דבר שיהיה לרשעים
לפורענות רעות וליסורין הוא יהיה לצדיקים ל
לטובה ולברכה ולרפואה כמו שנ' אחריו וזרחה
לכם יראי שמי שמש צדקה ומרפא בכנפיה ויצאתם
ופשתם כעגלי מרבק והרשעים יהיו עפר תחת כפות
רגלי הצדיקים:

f *Theſauro abſconſo.*] *Oſtendit Chriſtus iſta parabola præcium euangelij, quod longe ſuperat omnem theſaurum huius mundi, nempe quod poteſt ſaluare in perpetuum animam. Nullam autem poteſt homo dare commutationem pro anima ſua, ſed omnia exponit, ut eam in hoc mundo ſaluet, quanto magis ut in æternum illam beatificet?*

g *Sagenæ.*] *Hic rurſum oſtenditur eccleſiam Chriſti uſq; ad finem mundi habituram malos admixtos bonis. Sagena eſt uerbum Dei, quod ſparſum in populum aliquos non omnes capit, ſicut nec ſagena omnes piſces maris comprehendit, ſed quos capit, hi trahuntur ad littus, & boni quiq; iterum à malis ſeparantur. Sunt enim inter bonos multi hypocritæ, qui nunc ſimulantes ſanctitatem, tunc toti mundo manifeſti erunt.*

h *Scriba doctus in regno cælorum.*] *Significatur hic per doctum ſcribam ſyncerus prædicator euangelij, comparaturq; liberali patrifamilias, qui profert conuiuis omnia quæ nouerit illis eſſe grata, noua*

to, noua & uetera, sic qui alios docet euangelium, debet omnia quæ nouerit audicribus esse grata & accommoda, ubertim & liberaliter proponere.

i *Non'ne hic est fabri filius*] *Quod hic Christus dicitur habere patrem, fratres & sorores, fit more Hebræorum, qui cognatos uocant fratres & sorores: id quod cum impios Iudæos non lateat, uide quàm impudenter audeant hic scribere contra nos & Christum nostrum:*

אני שואל לך אם היו למרים בנים ובנות בלא ישו
ולא יוסף בן־נפחא אם היה לו בן ובת מאשה אחרת·
את״ יש להם בני׳ ובנות הרי טוב לכך אמרו היהודים
מכיריו הלא אנו רואים אחיו ואחיותיו יעקב ו
ויוסף ושמעון ויהודה שאינם עושין חכמות כ
במוחו· אבל אם לא היו לו בנים ובנות דהלתי
ישו למה אמרו היהודים כך הלא אחיו ואחיותיו
אינם עושים כמוהו ולמה קוראים לאילו קרואים
שמות אחיו ואחיותיו אלא כמו לאחרים ולמה לא
השיב ישו להם שוטי׳ כל מה שאמר שיש לי אחים
ואחיות כיזוב הוא ולא אני בן נפחא ודאות שאתם
תמיהים מחכמתי אל תתמהו כי כל חכמות שבעולם
שלי היא· תשובתו· דרך הוא בלשון הקדש לקרא
את־קרובים אחים וקרובות אחיות כמו שאמר א
אברהם על אשתו אחותי היא ואל לוט אחים אנחנו
וכן לאם ישוע היו אחיות ולכן היו בנים והם נ
נקראו פה אחי ישוע· על אביו אמרתי לעיל
שנחשב אב של ישוע ואין היה אביו באמת כי ל
לעולם לא ידע את־אשתו הבתולה אין קודם לידת

ואין אחר שילדה את בנו׃ ובכי ישוע לא השיב
לאומרים שלו אחים ואחיות יש לדעת כי היהודים
האלה לא כן אמרו שאחים האלה הם בני אמו של
ישוע ועל כן הוא החריש על דבר הזה׃ על אביו
הוא רצה שהם ישעו כל לעת עד שיראו נפלאותיו
ואז ישפטו אם אלהים הם אם לא׃

Hoc in ſumma uolunt hic Iehudæi, quod is locus arguat Chriſtum habuiſſe fratres, ſorores & patrem, atq; ideo mater eius non fuerit uirgo, nec ipſe filius Dei: ſed his hebraice reſpondi pro captu ingenij mei.



IN tempore illo audiuit Herodes[a] unus ex quatuor principibus famam Ieſu, & dixit famulis ſuis: hic eſt Iohannes baptiſta, is ſurrexit à mortuis, & ideo uirtutes operantur in eo. Nã Herodes tenuit Iohannẽ & uinxit eum, poſuitq́ in carcerem propter Herodiaden uxorẽ fratris ſui. Dicebat enim illi Iohannes: non licet ut ipſa ſit tecum. Vnde uoluit occidere eum, ſed timuit populum, quoniam habebant eum ueluti prophetam.

בעת ההיא שמע הה
הורודוס אחד מארבעת
נשיאי שמע של ישוע
ויאמר לנעריו זה הוא
יוחנן המטבל הוא קם
ממתים ועל כן הפלאות
יפעלו בו׃ כי הורודוס
החזיק ביוחנן ויאסר
אותו ונתן בבית האסור
מפני הורודוסיה אשת
אחיו׃

כי אמר אליו
יוחנן אין מותר שהיא
תהיה אתך׃
וירצה להרוג אותו ו
וירא את העם כי היה
בעיניהם כמו נביא׃

וביום מולדת
הורודוס דלגה בת של
הורודסית בתוך והי
ישרה בעיני הורודוס :
ויבטיח בשבועה
לתת לה כל מה ש
שתשאל ממנו : והיא
בזהרה מאמה ותאמר :
תן לי פה בקערה ראש
יוחנן הטובל : ונעצב
המלך אלא בעבור ה
השבועה ובעבור אותם
אשר יחדיו ישבו בש
בשלחן צוה לתתן :
וישלח ויקצץ את־ראש
יוחנן בבית הסהר :
וינשא ראשו בקערה
ונתון לנערה והיא ה
השיאה אל אמה :
ויגשו תלמידיו ויסירו
את־גופו ויקברהו וי
ויבאו ויגידו לישוע :
וכשמע ישוע סר
משם בספינה אל מקום
המדבר לבדו : ותשמענה
[illegible] הלכנה ברגליהם אחריו מעריהם :

tam. In die autem natalis Herodis, ſaltauit filia Herodiadis in medio, & placuit oculis Herodis. Et promiſit ei per iuramentum ſe daturum ei quicquid poſtularet ab eo. Et ipſa monita à matre ſua, dixit. Da mihi hic in patina caput Iohannis baptiſtę. Et turbatus eſt rex, ſed [b] propter iuſiurandum & propter eos qui ſimul ſedebant ad menſam, præcepit dari. Et mittens amputauit caput Iohannis in carcere. Sublatumq; eſt caput eius in paropſide & datum puellæ, illa autem attulit matri ſuæ. Et accedentes diſcipuli eius, ſuſtulerunt corpus eius & ſepelierunt ipſum, uenientesq; nunciauerunt Ieſu. Et cum audiſſet Ieſus [c] ſeceſſit inde per nauim in deſertū locum ſeorſim. Et audientes turbæ ſecutæ ſunt eum pedibus ſuis ex ciuitat[illegible]

Et ipse egressus uidit populum multũ, misertusq́ illius sanauit infirmos eorum. Et uespere facto, accesserunt ad eum discipuli eius dicentes: desertus est locus & hora iam prę-terijt, dimitte ergo turbas ut eant in uillas & emant sibi alimoniam. Quibus dixit Iesus: non est opus ut ipsi abeant, uos date illis ut comedant. Responderunt ei: Non sunt nobis hic nisi quinq; panes & duo pisces. Ait illis: afferte eos huc ad me. Præcepitq́ populo ut sederet & comederet super gramen, ipse autem accepit quinq; panes & duos pisces, & sublatis oculis suis in cœlum, benedixit & fregit, deditq́ discipulis suis panes, & discipuli eius dederunt turbis. Et comederunt omnes atq; saturati sunt, & sustulerunt reliquias, duodecim sportas plenas de fragmentis. Porrò numerus come-

ויצא וירא את־עם רב
וירחמהו וירפא את־ח
חוליהם ׃ ויאחרי שהיית
ערב קרבו אליו תל
תלמידיו לאמר שמם
המקום ושעה כבר ע
עברה ועל כן תבח ה
הביתות כדי שתלכנה
אל־־כפרים ותקנינה
לחם אוכל ׃ ויאמר
אליהם ישוע אין יצ
יצטרכו ללכת אתם תנו
לחם לאכול ׃ ויענו לו
אין לנו פה כי אם ח
חמשה לחם ושני דגים ׃
ויאמר להם השיאים
הלום אלי ׃ ויצו את־
העם לשאת ולאכל על
חציר והוא לקח חמשה
לחם ושני דגים וישא
עיניו אל שמים ויברך
וישבר ויתן הלחם ל
לתלמידיו ותלמידיו נ
נתנו לביתות ׃ ויאכלו
כלם ושבעו וישאו ש
שארית שנים עשר ס
סלים מלאים מפתים ׃

comedentium fuit, quinque millia uirorum præter mulieres & paruulos. Et statim compulit Iesus discipulos suos, ut conscenderet nauim & præcederent se trans fretum donec dimisit turbas. Et cum dimisisset populum, ascēdit solus in montem ut oraret. Et facta uespera, ipse solus fuit ibi. Nauis uerò impellebatur in medio maris à fluctibus, eo quòd uentum haberent ex aduerso. Et factum est in quarta uigilia noctis, uenit ad eos ambulans super mare. Et uidentes eum ambulantem super mare, turbati sunt & dixerunt, quia [d] phantasma est, & clamauerunt præ timore. Et statim locutus est ad eos Iesus dicens: confidite, quia ego sum, nolite timere. Respondens autem Petrus dixit: domine si tu es, iube ut ueniam ad te super aquas. Qui ait, ueni. Et descen-

ומספר האוכלים היה
חמשת אלף איש בלתי
נשים וטף ׃ ומיד פצר
ישוע בתלמידיו לעלות
בספינה וללכתם לפניו
עבר ים עד שיניח ה
הכיתות ׃ ובשניחה את
העם עלה לבדו להר
להתפלל ׃ ויהי ערב
והוא לבדו היה שם ׃
והספינה נדפה בתוך ה
הים מן הגלים כי הרוח
היתה להם להפך ׃ ויהי
ברביעית אשמורת ה
הלילה ויבא אליהם י
ויליך על ים ׃ ורואים
אותו מתהלך על ים נ
נבהלו ויאמרו כי מ
מזיק הוא ויצעקו מ
מיראה ׃ ופתאם דבר
ישוע אליהם לאמר ב
בטחו כי אני הוא אל
תיראו ׃ ויען כיפה
ויאמר אדני אם אתה
הוא צוה ואבוא אליך
על המים ׃ והוא אמר
בוא ׃

deſcendens Petrus de naui, ambulauit ſuper aquã ut ueniret ad IESVM. Cum[que] uidiſſet uentum ualidũ, timuit: & ut mergi cœpit, clamauit dicens. Domine ſalua me, & continuo extendit Ieſus manũ & tetigit eum, dixit[que] ei: modicæ fidei, quare dubitaſti? Et cum aſcẽdiſſet in nauim, quieuit uentus, & qui fuerant in naui uenerunt adorauerunt eum dicentes: Vere filius dei es tu. Et euntes trans mare, uenerunt in terram Ginoſar, & homines loci illius cum cognouiſſent eum, miſerũt ad totam terram illam, & adduxerunt ad eum omnes illos qui male habebant, præcabantur[que] eum ut uel ſaltem contingerent fimbriam ueſtimenti eius. Et omnes qui tetigerunt, ſalui facti ſunt.

וירד כיפה מן ספינה
וילך על המים לבוא אל
ישוע ׃
ובשירא את־רוח חזקה
ירא וכאשר החל לטבע
צעק לאמר ׃
אדני הושיעני
ופתאם נטה ישוע את־
יד ויאחוז אותו ויאמר
אליו קטן באמונה ל
למה הסתפקת ׃
וכשעלה אל
ספינה שתקה הרוח ו
ואשר היו בספינה באו
וישתחוו לו לאמר ב
באמת בן האלהים א
אתה ׃
והם הלכו בעבר הים
ויבאו בארץ גינוסר
ואנשי המקום ההוא
כשידעו אותו שלחו
אל כל־ארץ הזאת וי
ויגישו לו כלם אשר
היו ברע ויתחננו א
אליו כדי שיגעו שפת בגדו ׃ וכל שנגעו
נושעו ׃

Vnus

a *Vnus ex quatuor principibus.*] Lucæ tertio legitur de tetrarchia horum principum, quam quisq; habuerit subiectam terram. Herodes de quo hic fit mentio, filius fuit maioris Herodis, qui infantes Bethlehemiticos trucidauit. Hic cum uideret & audiret Christum mira agere, lapsus in falsam opinionem, cœpit cogitare animam Iohannis à se decollati translatam in aliud corpus, nempe Iesu: cuius opinionis inuentorem aiunt fuisse Pythagoram.

b *Propter iusiurandum.*] Rex impius religiosus esse uoluit in ea re, quæ citra summam impietatem perfici non potuit. Nam innocentem occidit contra ius dei & naturæ. Nec excusare illum potuit iuramentum, quod erat factum contra dei mandatum.

c *Secesßit inde per nauim.*] Hoc est, traiecit mare Galilææ quod est Tyberiadis, & alio nomine uocatur lacus Ginosar, ut supra ostendimus.

d *Phantasma.*] Vocant Hebræi phantasma siue spectrum nocturnum מזיק id est, nocentem, et alio nomine פגע ab occurrendo, scribuntq; mira de eo super psal. Qui habitat in adiutorio altißimi, asserentes spectra illa incarnatos esse dæmones. Vnde autem sint nati aut producti, scribit rabi Abraham Hispanus, non Ezraides ille, sed alius eiusdem nominis, qui autor est fasciculi myrrhæ: hic inquam super pentateuchum sic scribit:

המזיקים הם נקראים נגעי בני אדם ולפי
שהם נתהוו מכח אדם הראשון באותם ק"ל
שנה שנפרש מאשתו ונתהוו מהזיבה שלו
נקראו נגעי בני אדם ולכן יש בזה המזמור
ק"ל תיבות עם פסוק אורך ימים אשביעהו
שכופלים אותו לעמוד כנגד המזיקים ש
שנתהוו מאדם באילו ק"ל שנה ולפי שזאת
הנחלה הניח אדם לבניו כשאדם רואה קרי
בלילה נתהוו ממנו מזיקין ופוגעים בני
אדם

ארם ולכן אמרה הורה ונשמרת מכל דבר
רע שלא יתהר ארם ביום ויבא לירי טומאת
בלילה מצר זה הבליעל שנקרא ויע עין ול
ולפעמים נראה בעין נקבה וה״א לילית ב
באומר׳ שרה ושרתים שרים זברים ונקבות
וזהו כי יהיה בך איש אשר לא יהיה טהור
מקר׳ לילה כי אחר שקרא עמו זה הצר א״א
יטמא אחר שנגע בבת ירך יעקב ואלו ת
המזיקין שנהיו מזוב הארם מתחברים כלם
כשנפטר הארם אצל אביהם ליגע בו לטמאו׳
ולכן צוו חול׳ לעשות הקפות לארם ולחזביר
שם רברים בענין שבאלו הקפות בורחים
כולם ואין נוגעים בו וצוו שיעשו ז׳ הקפות
לחברות ז׳ כיתות של מלאכי חבלה שמתחברי׳
שם והם בורחים ואין נוגעין בו ובן צריך ל
לעשות ההקפות אצל הקבר בענין שמיר ב
בשיש לימו ההקפות יכניסיהו אל הקבר ו
וירויציהו אל הקבר בענין שלא יגע בו רע׃

Quis quæso potest homo Iudæorum tam horrendam opinionem sine uehementi admiratione legere, qui putant spectra illa nocentia producta ex semine primi parentis centum illis & triginta annis, quibus abstinuit ab uxore sua post fratricidium à Cain commissum? Sed & hoc multo absurdius uidetur esse ut illi credant phantasmata illa esse tam infesta cadaueribus defunctorum, & posse abarceri septem circulis circum sepulchrum factis, ne cadauer intromittendum quoquo pacto inquinent. Noluii tam insignia delyramenta uertere in nostram linguam: ne tamen deessem hebraicæ linguæ studiosis, uolui illis obscuriora declarare uocabula in memorata citata lectione. בהחוי *passiuum plurimum est ab* הוה *fuit. Sic enim*

plerunq;

plerunq; usurpant magistri uerbum hithpael. Cæterum זיבה *est fluxus uiri, sicut &* קרי *quod legitur cum sægol sub kuph. Est autem* קרי *proprie occursus à uerbo* קרא *qui dormientibus in somnio cum impudica imaginatione contingit: ut quod homo interdiu* הרהר *imaginatur, præsertim impudicum, id plerunq; sub noctem in relicta specie refricatur, uocaturq; imaginatio illa* עין רע *quæ sub forma mulieris appareat, uocatur* לילית *siue* שדה *hoc est, diabola. Porro* נפטר *capitur pro expirare & animam agere,* הקפות *sunt circuli, à radice* נקף *circundedit. Reliqua tu ipse lector intelliges, qui uel mediocriter linguam hebraicã attigisti.*

אָז קָרְבוּ אֵלָיו מִירוּשָׁלַם סוֹפְרִים וּפְרוּשִׁים לֵאמֹר׃ לָמָּה תַלְמִידֶיךָ יַעַבְרוּ אֶת־גְּזֵירוֹת הַזְּקֵנִים כִּי הֵם לֹא יִרְחֲצוּ יְדֵיהֶם כְּשֶׁיֹּאכְלוּ אֶת־לֶחֶם׃ וְהוּא עָנָה וַיֹּאמֶר אֲלֵיהֶם וְלָמָּה אַתֶּם עוֹבְרִים מִצְוַת הָאֱלֹהִים בִּשְׁבִיל גְּזֵירַתְכֶם׃ כִּי אֱלֹהִים אָמַר כַּבֵּד אֶת־אָבִיךָ וְאֶת־אִמֶּךָ וְהַמְקַלֵּל אָבִיו וְאִמּוֹ מוֹת יוּמָת וְאַתֶּם אוֹמְרִים כָּל־מִי שֶׁיֹּאמַר



TVnc accesserunt ad eum à Ierosolymis scribę & Pharisæi dicẽtes: Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorũ? quoniam non lauant manus suas quando manducant panem. Qui respondens dixit illis: quare & uos trãsgredimini præceptũ Dei propter traditionem uestrã? Nam deus dixit, honora patrem tuum & matrem tuam, & qui maledixerit patri suo & matri suæ morte interficiatur: uos autẽ dicitis, quicunq;

dixerit patri & matri, omne munus quod est à me tuæ accedet commoditati, & non honorabit patrem suum atque matrem suam, & irritum fecistis mandatũ dei propter traditiones uestras. Hypocritæ, bene egit Isaias, uaticinando de uobis & dicendo: [b] Populus iste ore suo atque labijs suis honorant me, cor autem suum elongauit à me, factusque est timor eorũ erga me, mandatum ueluti ab hominibus datum. Et conuocatis ad se turbis dixit ad eos: audite & cognoscite, non id quod intrat in os maculat hominem, sed id quod egreditur ex ore, illud impurum reddit hominẽ. Tunc accesserunt discipuli eius & dixerũt: nosti ne quod Pharisæi audientes uerbũ illud [c] irritati sunt? Et respondens Iesus dixit: omnis plantatio quam non plantauit pater meus qui

לאב ולאם כל-מתן שהוא ממני היא תועלתך ואין יכבד את אביו ואת אמו ותפירו מצות האלהים בעבור גזירותיכם : חנפים ישעיהו היטיב להתנבא עליכם לאמר העם הזה בפיו ובשפתיו כבדוני ולבו רחק ממני ותהי יראתם אותי מצות אנשים מלמדה :

ויועץ לעצמו הכיתות ויאמר אליהם שמעו ודעו אין מה שיבא לפה יטמא את-אדם אלא מה שיצא מפה הוא יטמא את-אדם : אז נגשו תלמידיו ויאמרו התדע כי הפרושים השומעים הדבר הזה הכעסו : ויען ישוע ויאמר כל-מטע אשר לא נטע אבי שבשמים ינתש :

est in

הניחו אותם כי עורים
הם ונוהגי העורים :
ואם עור ינהג את-עור
שניהם יפלו לבור :
ויען כיפה ויאמר אליו
פתר-לנו המשל הזה :
ויאמר ישוע גם אתם
עד עתה אין התבוננתם :
אין תתבוננו כי כל-
מה שיבא לפה הוא יבא
לבטן וישלח באחור :
ואשר יצאו מפה הם י
יצאו מלבב והם יטמאו
את-אדם : כי מלבב
יצאו מחשבות רעות ר
רצחים ניאופים זנונים
גנבות עדות שקר וג
וגדופים: אלה הם אשר
יטמאו את-האדם: אבל
כשיאכל איש ולא רחץ
ידים זאת אין תטמא
האדם :
ויצא משם ישוע
ובא אל-חלקי צור וצ
וצידון והנה אשה כנ
כנענית יצאה מגבולי

est in cœlis, eradicabitur. Dimittite illos, quia cæci sunt & duces cæcorũ. Et si cæcus conducat cęcum, ambo cadent in foueam. Respondẽs autem Petrus dixit ei: interpretare nobis parabolam istam. Et ait Iesus: etiã uos adhuc nihil intelligitis? Non intelligitis quod oẽ quod ingreditur in os, uadit in aluum, emittiturq́ in secessum? Quæ autem prodeunt ex ore, egrediuntur ex corde, & ea sunt quæ inquinant hominẽ. Nam ex corde egrediuntur cogitatiões malę, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, testimonium falsum, & blasphemiæ. Ista sunt quæ inquinant hominem. At cum quis comedit & non lauit manus, id non maculat hominem. Et egressus inde Iesus, uenit ad partes Tyri & Zidonis, & ecce mulier Chananæa egressa de finibus illis,

clamabat ad eum dicens: miserere mei domine, fili Dauid. Filia mea affligitur ualde à dæmone: at ipse non respondit ei quicquam. Et accedentes discipuli eius, precabantur eum dicentes: dimitte eã, quoniã clamat post nos. At ille respondit, & ait: [d] Non sum missus nisi ad oues quæ periierũt in domo Israël. Illa uerò uenit & adorauit eum, dicens: Domine, salua me. Et respondens Iesus ait: Non est bonũ sumere panem filiorum, & mittere canibus. Illa autem dixit, Sic est domine, ueruntamen canes ipsi edunt de micis quæ cadunt de mensa dominorum suorum. Tunc respondit Iesus & dixit illi: ô mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut petis: & sanata est filia eius in ipsa hora. Trãsiens autem inde Iesus uenit iuxta mare Galilææ, & ascendens in montẽ sedit ibi. Et

האלה ותצעק ותאמר א
אליו חנני אדני בן־ד
דוד : בתי תענה מאד
מאת השד והוא אין ע
ענה לה כלום : ויקרבו
תלמידיו ויתחננו אליו
לאמר שלח אותה כי ה
היא צועקת אחרינו :
והוא ענה ויאמר אינני
בשלחתי כי אם אל צאן
שאבדו בבית ישראל :
והיא באה ותשתחו לו
ותאמר אדני הושיעני :
ויען ישוע ויאמר אין
טוב לקחת לחם הבנים
ולשלוח לכלבים : והיא
אמרה כן הוא אדני א
אבל כלבים גם הם י
יאכלו מן פתותים ה
הנופלות משלחן א
אדניהם : אז ענה ישוע
ויאמר לה האשה גדולה
אמונתך : יהי לך כאשר
תחפצי ותרפא בתה ב
בשעה ההיא : ויעבר
משם ישוע ויבא על ים
הגליל ועלה להר ישב

שם ׃ ותקרבנה אליו
כיתות רבות ויהיו א
אתם חרשי עורי פסחי
חלשים ואחרים רבים ו
וישימו אותם לפני ר
רגליו והוא רפא אותם
׃ ויתמהו העם בשראו
את־חרשים מדברים ו
ופסחים מתהלכים ו
ועורים רואים ויגדלו
את־אלהי ישראל ׃
ויזעק ישוע את תל
תלמידיו ויאמר אליהם
חנותי לעם כי עתה ש
שלשים הם יושבים א
אתי ואין להם מה ש
שיאכלו ואיני אניח א
אותם צמים פן יתעלפו
בדרך ׃ ויאמרו אליו
תלמידיו מאין לנו ב
במדבר במה ככרי לחם
כדי שנשביע את־עם
הזה גדול ׃ ויאמר
אליהם ישוע במה ככרי
לחם יש לכם ׃ ויאמרו
שבעה ומעט הדגים ק
קטנים ׃ ויצו את העם

Et acceſſerũt ad eum turbæ multæ, habentes ſecum ſurdos, cæcos, claudos, debiles & alios multos, poſueruntq́ eos ante pedes eius, & ipſe ſanabat eos. Et miratæ ſunt turbæ, cum uidiſſent mutos loquẽtes, claudos ambulantes & cæcos uidentes, & magnificabãt deũ Iſraël. Et conuocans Ieſus diſcipulos ſuos ait illis: Miſereor turbæ, quia iam triduo manent apud me, & non habent quicquam, quod comedant: nec ego dimittam eos ieiunantes, ne fortè deficiant in uia. Et dixerunt ad eum diſcipuli eius: Vnde nobis in deſerto tam multi panes, ut ſaturemus populum hunc tam magnũ? Quibus ait Ieſus: quot panes habetis apud uos? Et dixerunt: ſeptem & paucos piſciculos. Et iuſsit populum ſedere in terra. Sumensq́ ſeptem panes & piſces, egit gratias &

frangens dedit discipulis suis, discipuli autem dederunt turbæ. Et comedentes omnes, saturati sunt: & ex eo quod superfuit ex fragmẽtis, sustulerũt septẽ sportas plenas. Cæterum hi qui comederant, erant quatuor millia uirorum, præter paruulos & mulieres. Et dimissa turba ascendit in nauim, uenitq; in fines Migdala.

לשבת על הארץ ׃
ויקח שבעה ככרי לחם
והדגים ויאמר תודה
וישבר ויתן לתלמידיו
והתלמידים נתנו לעם׃
וכלם אכלו וישבעו
וממה שנותר מן חת
התיכות נשאו שבעה ס
סלים מלאים ׃
ויהיו אלה שאכלו
ארבעה אלף אנשים ב
בלתי טף ונשים׃ וישלח
את־ההמון ויעל אל ספינה ויבוא בגבול מגדלה׃

a *Traditiones seniorum.*] *Traditiones seniorum uocantur his mandata hominum, quæ mere inuenta hominum sunt, nullam utilitatem afferentia proximis, sed ad gratificandum Deo, nulla legis Dei habita ratione sunt excogitata: qualia apud nos sunt discrimina dierum, locorum, personarum, ciborum & aliarum rerum externarum: ex quorum obseruantia nulla uitæ externæ prouenit commoditas, sed magis nocumentum. Quæ autem ad externam uitam decenter & cum commodo proximorum degendam ob hominibus sunt constituta, hæc magis diuinæ quàm humanæ censentur traditiones, eo quod ex præcepto dilectionis originem trahunt, quod caput est præceptorum dei. Quales apud nos irrepserunt hominum traditiones, nemo est qui ignorat, quales apud Hebræos olim fuerint & adhuc sint, scripta illorum testantur, quæ ferè plus continent superstitionis quàm pietatis. Ex præsenti loco colligere licet thalmudicas nenias iam ante Christum à rabinis conceptas, sed aliquot annis post deuastationem Ierosolymitanam conflatas & in librum redactas.*

Quas

Quas traditiones & ceremonias receperint à senioribus de lauandis manibus, ego hebraice studiosis in libello præceptorum Mosaicorum ostendi. Deinde quomodo encruarint mandatum dei de honorandis parentibus, Christus hoc loco ostendit, quando illis improperat quod questus causa hortabantur filios, ad inferendum templo etiam ea quæ necessaria erant pro sustentatione uitæ parentum. Sed ut hebraicæ linguæ studiosi habeant nonnihil de illis superstitiosis & ridiculis constitutionibus, libuit hic pauculas pro eorum exercitio inserere. Et in primis uide quid statuerint obseruandum in diebus phurim, quos celebrant in mense adar, id est, februario, in memoria liberationis de manibus Haman, de quo in libro Esther,

יום יד ויום טו באדר ימי פורים והכל חייבין בקריאת מגילה גם עבדים ונשים וצריך לומר ע עשרת בני המן בנשימה או נפיחה אחת וחייב כל אדם ליתן מתנות לעניים וכל מי שיפשוט ידו ל לטול נותנין לו אם ישראל ואם גוי ואין העני רשאי להוציאו לדבר אחר אלא בסעודת פורים ויש להרבות בסעודת פורים וצריך שישתכר עד שלא ידע בין ארור המן לברוך מרדכי ואסור בהספד ותענית ביד״ו ובט״ו ומכים כף אל כף ואם מת לו מת בפורים אסור להספידו ׃

Traditiuncula alia, quam iusserunt obseruari in dedicatione templi, quæ primū celebrata fuit sub Machabæis 25. die mensis Kislef, *quando scilicet mundatum fuit templum postquam à Græcis fuerat prophanatum: hanc dedicationem iusserunt sic quotannis obseruari:*

תקנו חכמים להדליק נרות בכל הלילות מסוף ש שקיעת החמה עד חצי שעה מן הלילה כדי להזכיר הנס וצריך כל אדם להזהר מאד ואפילו עני המתפרנס

מן הצדקה שואל או מוכר כסותו ולוקח שמן ל
להדליק:

Hic ordinauerunt, ut omnis homo quantumlibet pauper, etiam qui ex eleemosyna uiuit, debeat per octauam dedicationis sub noctem accendere lucernam, & si non suppetat oleum, tenetur illud mendicare, aut uendere tunicam & emere oleum, Porro quàm ob friuolas causas instituerint ieiunia, audi:

אלו הימים שמתענין בהם מן התורה׳ באחד בניסן
מתו בני אהרן׳ בי״ בו מתה מרים׳ בכו בו מת
יהושע בן נון׳ בי״ באייר מת עלי הכהן ושני בניו
ונשבה הארון הברית׳ בכח בו מת שמואל הנביא׳
בכג בסיון בטלו הביכורים מלעלות לירושלם ב
בימי ירבעם בן נבט׳ בכה נהרגו הרבה רבותינו
והחכמים׳ בכז בו נשרף רבי חנינא בן תרדיון
וספר תורה עמו׳ ביז בתמוז נשתברו הלוחות
ובטלה התמיד והובקעה העיר׳ באחד באב מת
אהרן הכהן׳ בט בו נגזרה גזרה על אבותינו שלא
יכנסו לארץ ונחרב הבית ראשונה ושנייה. ביח
כבה נר בימי אחז׳ בג בתשרי מת גדליה ויהודיים
אשר עמו׳ בד בו נגזרה גזרה על אבותינו שימותו
בחרב וברעב ובדבר מפני מעשי העגל׳ בז במרחשון
עורו עיני צדקיהו ושחטו בניו לעיניו׳ בכח בכסליו
שרף יהויכין את המגילה אשר כתב ברוך מפי י
ירמיהו: בח בטבת נכתבה התורה יונית בימי תלמי
המלך והיה חשך לעולם ג ימים׳ בי בו סמך מלך
בבל על ירושלם להחריבה׳ בכג בשבט נתקבצו כל
ישראל על שבט בנימן על ענין הפלגש ועל פסל
מיכה:

מיכה · בז״ באדר מת משה רבינו עה״ · אלו ימי
התעניות קבלו ישראל מן התורה · ועוד גזרו רז״ל
שיהו מתענין מפני שלשה דברים על חורבן הבית
ועל התורה שנשרפה ועל חרבת השם :

Placuit adhuc inſerere pauculas traditiones ex multis, quas condiderunt pro obſeruatione dierum feſtorum, quæ ſcilicet opera uiolent diem ſolennem & quæ non. Per diem feſtum intellige alium ſolennem diem quàm ſabbatum, quales ſunt neomeniæ &c.

אין צדין דגים מן הביברים ביום טוב אבל אווזין
ותרנגולים שבבית מותר לצודן · אין נופחין במפוח
מפני שדומה למלאכת אומן אלא בשפופרת ·
ובשעושה האש ונותן עליה הקדרה צריך ליזהר ב
בסידור העצים שלא יהא דומה לבנין : אסור לבשל
ביט״ אלא כדי צורך היום · אין עושין גבינה ביום
טוב ואין גוזזין הירק לחתכם בהן · מותר לעשות
מדורה להתחמם בנגדה ולחמם מים לרחוץ רגליו
אבל לא כל גופו : ביצה שנולדה ביום טוב אסור
לגגע בו וכל שכן שלא לאוכלה ואפילו ספק נולדה
ביום טוב או בחול אסור ואפילו נתערבה באלף
כולן אסורות : השוחט תרנגולת ומצא בה ביצים
גמורות מותרות : חייב אדם להיות ביום טוב
שמח וטוב לב הוא ואשתו ובניו וכל הנלוים אליו
כל אחד כראוי לו כיצד הקטנים נותן להם קליות
ואגוזים ומגדנות והנשים קונה להם בגדים ד
ותכשיטין כפי ממונו והאנשים אוכלים בשר ו
ושותין יין וכשאוכלים חייבים להאכיל לגר ל
ליתום ולאלמנה עם שאר העניים : בכוסר

משכימין לבית כנסת ומתפללין וקורין בתורה
ואחר כך אוכלים והולכין לבתי מדרשות ושונין
עד חצי היום ומתפללין תפלת המנחה וחוזרים ל
לבתיהם לשתות שאר היום עד הלילה בשמחה אלא
על שמחה שיש בה עבודת היוצר :

Vt & hi qui hebraice nesciunt, sciant quid hæc posterior hebraica lectio contineat, uolui ipsam interpretari, ut omnibus pateat qua insania laborent miseri illi homines & qualibus traditionibus irrita fecerint mandata Dei. *Non inquiunt uenamur pisces ex uiuario in die solenni, sed anseres et gallinas quæ domi habentur licet uenari. Non sufflamus ignem per follem, cum id similitudinem habeat operis artificis, sed per cannam concauam licet. Et cum quis facit ignem & apponit ollam aut caldarium, necesse est ut sollicitus sit quomodo ordinet ligna, ne congeries eorum similis sit ædificio. Probibitum est quoq; in die solenni, ne aliquid aliud coquas, quam quod necessarium sit pro illo die. Non licet facere caseum in die solenni, neq; tondere holera, quæ in ipsis diebus cultro comminuas. Licet facere rogum calefaciendi gratia, & apud quem aquæ calefiant ad lauandum pedes, sed non totum corpus. Ouum natum in die solenni prohibitum est ne illud contingas, multo minus licet illud comedere, etiam si dubium sit num natum sit in die solenni aut prophano, adhuc prohibitum est: quin & si mixtum sit inter mille, omnia sunt prohibita. Qui autem mactat gallinam & inuenit in ea oua perfecta, illa licita sunt. Tenetur homo in die solenni esse bono & læto corde, ipse & uxor eius atq; filij eius, & omnes qui sunt illi addicti, quisq; iuxta quod sibi competit, puta paruulis dat pulmenta & nuces atq; poma: pro uxoribus autem emit uestimenta & monilia secundum facultatem suam &c. Parce lector quod tantas ineptias inserui huic sacrosancto libro. Occasionem dedit traditio illa, quæ est de manibus lauandis ante sumptionem cibi. Possem adhuc infinitas alias huiusmodi adijcere traditiones,*
raël. Et omnis qui reliquerit domum aut fratres aut sorores, aut patrem aut matrem, aut uxorem aut filios aut agros propter nomen meum, is [g] centuplum accipiet & uitam æternam possidebit. Et multi ex primis erunt nouissimi, & nouissimi primi.

[a] *Vt eijciat uxorem ob quamcunq; causam.*] *Proposuerunt Pharisæi hanc quæstionem maligno animo ut tentarent Christum, at ille mansuete respondit & non tacuit propter malos ueritatem ipsam, adducens scilicet ex Genesi primam hominum creationem, nempe quod deus creauerit eos in carnem unam, hoc est, ut censeantur uelut unus homo, & in hac coniunctione uir sit caput: & quos deus ita coniunxit, homo illos separare non debet. Et ex eo patet quod non licet marito ob quamcunq; causam, iustam uel iniustam, repudi re uxorem, multo minus id licet uxori. Quod autem Moses iussit dari libellum repudij, ex eo non arguitur, licitum esse uxoris repudium, sed si quis ob duriciam cordis nolit illi commodum exhibere maritum, iam autoritate non propria, sed magistratus, licebit hodie ut olim dare libellum repudij. Nec iam homo illos ab inuicem separat, sed deus per legem repudij Mosi datam illos separat. Quid enim prohibere potest, quin magistratus, cuius imperio externa subiecta sunt, tales ab inuicem separet, aut periculo eximat quorum animi iam sunt separati, & alter uiuit in perpetuo cruciatu & grauissimo periculo? præsertim cum officium magistratus sit, curare ut commode & tranquille in republica uiuatur. Interim tamen adulterij reus fit,*

qui

qui animo suo illum ob duriciam cordis sui abiecit. Et quando Christus subijcit in sua responsione: Qui repudiatam duxerit, adulterium committit, id intelligendum est de eo, qui in fraudem prioris matrimonij repudiatam duxerit. Vnde si ob alias causas quam ob stuprum dissidium oriatur inter coniuges, ut maritus ablegat uxorem aut uxor diuertat, omnia debent tentari quo reconcilientur & alter in periculo damnationis non uiuat.

b Non omnes apprehendunt uerbum istud.] *Sensus est: res quidem ita habet, ut bonum esset homini, liberum uiuere à coniugio, eo quod illud multas habet molestias & detinet animum in terrenis qui tamen in cœlestibus fixus esse debuerat: sed alia est ratio uitæ præsentis. Bonus quidem est cœlibatus, sed non omnes capiunt uerbum hoc, nisi quibus desuper datum est. Sunt quidam qui corpore inepti sunt ad coniugium, sic nati uel postea facti. Sunt alij qui seipsos castrauerunt, ultro cœlibatum eligentes, idq; propter regnum cœlorum, ut curent quæ domini sunt & sint sancti corpore & spiritu. Et his bonum est, ut absq; coniuge uiuant, quia datum est eis ut ita uiuant propter regnum cœlorum propagandum & promouendum uerbo & opere. Hi autem quibus hoc non datum est, & tamen uolunt suo arbitrio cœlibes uiuere, in quas Dei iudicio impuritates lapsi sint, satis constat, & ab inimicis nostris nobis in hæc uerba obijcitur:*

כל תועבת ה׳ אשר שנא עשו לאלהים כי גם בניהם
ובנותיהם ישרפו באש לאלהים הפירוש הוא ש
שהמינים היו שורפים בניהם ובנותיהם רל״ הכומרים
וכומרות שנשרפים בזנות ומתחממים ומתאוים
בזנות ואינם יכולים וזהו שריפה שהיא תועבת ה׳
אשר שנא וזנות נקרא שריפה בתרי עשר דכתיב
כולם מנאפים כתנור אש להבה בקרבם׃ ועוד
כתיב

כְּתִיב בְּסֵפֶר טִיעוּתָם אֲמִירַת פָּאוּלוּשׁ טוֹב לָקַחַת אִשָּׁה מִלִּשְׂרוֹף אַחֲרֶיהָ הֲרֵי לָךְ רְאָיָה שֶׁנִּיאוּף הִיא שְׂרֵיפָה׃

Cunctas inquiunt abominationes dei, quas ille odit, exhibent dijs: nam & filios suos atq; filias suas igne comburunt dijs: cuius expositio est, quod hæretici comburunt filios suos & filias suas, hoc est, monachos & monachas, qui comburuntur fornicatione, feruent enim & flagrant desiderio fornicandi & non possunt exequi, hæc inquam combustio abominatio est deo quam ipse odit, & fornicatio ipsa uocatur apud minores prophetas combustio, quemadmodum scriptum est, adulteri quasi fornax ignis, flamma in medio eorum. Sed & scriptum habent in libro suo erroneo, quomodo Paulus dixerit, melius esse nubere mulieri quàm uri post eam: en habes demonstrationem quod fornicatio sit quædam combustio. Vides hic lector quomodo Iudæi nobis improperant confusionem nostram, imò confodiunt nos proprio gladio nostro, dum diuum Paulum nobis obijciunt, qui mauult Christianum hominem nubere quàm periculose uri. Nec obstat, precibus posse impetrari, ut detur unicuiq; caste uiuere, cum Christus ita pronunciet: Non omnes apprehendunt uerbum istud, sed quibus datum est: quibus inquit datum est, non qui suo arbitrio id elegerint, poterunt cœlibem agere uitam.

c. *Oblati sunt ei pueri.*] *Vt scilicet eis manus imponeret, Deo consecraret & orando diuina bonitate eos participes faceret. Et dominus importunitate irruentium non grauatus, placido uultu illos suscepit, atq; se talium quoq; saluatorem aduenisse ostendit. Talium enim inquit est regnum cœlorum. Non adultorum tantum, qui ut infantes sese humiliarint, sed etiam infantium, qui propter peccatum Adæ æque ut adulti gratia dei opus habent, & suscepti à Christo ciues regni cœlorum constituuntur. Ipsi enim gratia Dei & merito paßionis Christi beatificantur, si in ætate infantili sine Christi fide & cognitione hinc rapiantur.*

d *Nemo est bonus nisi deus.*] *Nulla ergo est bonitas in homine, quæ non sit à deo, & nobis non est arrogandum quod dei est donum. Respondit autem Christus sic huic adolescenti, ut humilius de se sentire disceret, qui more Pharisaico propter externam mandatorum dei obseruantiam se iustum & bonum reputabat. Vnde & Christus obiecit ei præcepta legis, in quibus ceu in speculo uideret se nondum esse quod putabat: quia pro amore dei non poterat contemnere diuitias, & abiectis omnibus pendere à syncera fiducia dei. Obiecit autem Christus hoc præceptum, nempe ut uenditis omnibus sequeretur se, ut probaret ipsum, ostenderetq; illi imperfectionem eius. Cæterum contra illud quod Christus dixit: Si uis ad uitam ingredi serua mandata, Hebræi sic arguunt:*

עכשיו לא אמר לו ועשה טבילה אלא מצות
סרמוניות צוה לו ובאותן המצות הבטיחו
לחיי העולם הבא וי״ל גם אלהים לא צוה את
המילה בתתו למשה עשרת דברים בהר ס
סיני והנה היא צריכא לכל זכר בעת ההיא:

e *Diues difficile ingreditur in regnum cœlorum.*] *Hoc dicitur de eo diuite, qui fiduciam habet in pecunijs, non quod pecunia per se obstet, quo minus diues ingredi poßit regnum cœlorum, hoc est, perueniat ad ueram fidem Christi & totus à Christo pendeat: fuerunt enim multi diuites, ut Abraham, Zachæus & alij, quibus diuitiæ non obfuerunt, eo quod illis ex animo renunciauerunt, pauperes & dei auxilio egentes sese agnoscebant, diuitijsq; istis terrenis sibi thesaurum in cœlis parauerunt. Hæc licet apud homines sint impoßibilia, ut opes ex animo contemnant, apud deum tamen omnia sunt poßibilia, qui scilicet diuitibus potest aliam dare mentem, ut & opes distribuant, atq; sibi iam uere fidant & non opibus.*

f *In regeneratione.*] *Hæc secunda generatio est resurrectio mortuorum, quando Christus gloriosus redibit iudicaturus orbem, & electi*

electi regenerati ad gloriam, simul cum Christo capite suo regnabũt, & duodecim apostoli unà cum omnibus zelosis euangelij promulgatoribus sessuri sunt super sedes, iudicantes duodecim tribus Israël, id est, totum populum Dei, promissa electis per euangelium iam uelut exhibentes, & damnationem incredulorũ approbantes, atq; cum Christo sententiam contra eos pronunciaturi.

8 *Centuplum accipiet.*] *Puto hic per centuplum intelligendum animum, qui post agnitum Christum & post derelictionem propinquorum & bonorum suorum propter Christum, satis abunde diuitem se agnoscit in tribulationibus, quando dominus suppeditat ea quæ uitam præsentem sustentant. Euangelij enim cognitionem pij tanti habent, ut ne uniuerso quidem mundo eam commutare uelint, scientes se domino cœlorum esse curæ, & quod timentibus deum nihil deesse possit, sed adijciuntur quibus præsens uita opus habet, quærentibus in primis regnum dei & iusticiam eius.*

נִדְמְתָה מַלְכוּת הַשָּׁמַיִם
לְאָדָם בַּעַל־הַבַּיִת אֲשֶׁר
יָצָא בַּתְּחִלָּה בַּבֹּקֶר ל
לִשְׂכֹּר פּוֹעֲלִים אֶל כ
כַּרְמוֹ׃
וּכְשֶׁהִתְנָה אֶת־
הַפּוֹעֲלִים עַל דִּינָר לַיּוֹם
וַיִּשְׁלַח אוֹתָם לְכַרְמוֹ׃
וַיֵּצֵא בְּשָׁעָה
הַשְּׁלִישִׁית וַיַּרְא אֲחֵרִים
הָעוֹמְדִים בַּשּׁוּק בְּטֵלִים
וַיֹּאמֶר אֲלֵיהֶם לְכוּ
גַּם אַתֶּם לְכַרְמִי וּמַה



Ssimilatum[1] est regnum cœlorum homini patrifamilias, qui exijt primò in ipso diluculo ut conduceret operarios in uineã suam. Et cùm pactus esset cum operarijs pro denario diurno, misit eos in uineã suam. Et egressus circiter horam tertiam, uidit alios stantes in platea ociosos & ait illis: ite & uos in uineam meam, & quod rectum

ctum fuerit dabo uobis: illi autem abierunt. Rursum exijt circiter horam sextam & nonam, & fecit similiter. Itemq; circa undecimam horam egressus, inuenit alios stantes, & dixit ad eos: quare uos hic statis tota die ociosi? Qui dixerunt ei: quia nemo nos conduxit. Et ait illis: ite & uos in uineam meam. Et cum facta esset uespera, dicit dominus uineæ procuratori suo: uoca operarios, & redde illis mercedem, incipiesq; à nouissimis usq; ad primos. Et cum uenissent illi qui uenerãt circiter horam undecimam, acceperunt singuli denarium. Veniẽtes autem & primi arbitrati sunt quòd plus essent accepturi quã isti, sed acceperunt & ipsi singuli denarium. Cumq; accepissent, murmurabãt aduersus patremfamilias dicentes: isti nouissimi operati sunt una hora, &

שהוא ישר אתן לכם ו
והם הלכו ׃ עוד יצא
בשעת ששית ותשעית
ויעש כמו כן ׃ ובשעת
עשתי עשרת יצא וימצא
אחרים עומדים ויאמר
להם למה אתם עומדי׳
פה בטלים כל-היום ׃
והם אמרו אליו כי אין
אדם שכר אותנו ׃ ויאמר
אליהם לכו גם אתם ל
לכרמי ׃ ובהיות ערב
אמר אדון הכרם למ
למפרנסו קרא לפועלי׳
והשיב להם שכר ותחל
מאחרונים עד הראשונים
׃ ובשבאו אלה אשר
באו בשעת עשתי עשרת
לקחו איש איש זוז ׃
ויבאו ראשונים ויחשבו
כי יקחו יותר מאלה ו
ויקחו גם הם איש איש
את-זוז ׃ ובשלקחו לנו
על בעל-הבית לאמור
אלה אחרונים פעלו ש
שעה אחת ותשו אותם

adæquas

לנו שנשאנו משא ה
היום והחום: והוא ענה
לאחד מהם ויאמר רע
איני עושה לך חמס:
הלא על זוז התנית עמי
קח שלך ולך: ורצוני
לתת גם לאחרון הזה
כמו לך: הלא מותר לי
לעשות בעניני מה ש
שארצה: או אם עינך
היא רעה כי אני טוב:
כן יהיו אחרונים רא
ראשונים וראשונים א
אחרונים: כי רבים
נקראו ומעטים נבחרו:
ויעל ישוע אל ירושלם
ויקח שנים עשר תל
תלמידיו בסתר ויאמר
אליהם הנה אנחנו עו
עולים ירושלם ובן ה
האדם ימסר לידי השרי
הכהנים והסופרים ו
ויחייבוהו למות וימ
וימסרוהו לגוים לה
להתלוצץ ולהוסר ול
ולהצלב וביום שלישי
יקום: אז קרבה

adæquas eos nobis qui portauimus onus diei & æstum? At ille respondēs uni eorum dixit: Amice, non facio tibi iniuriam. Non'ne pro denario pactus es mecum? Accipe quod tuum est; & uade. Volo autem huic nouissimo dare sicut & tibi. Non ne licet mihi facere quod uolo in rebus meis? Aut est oculus tuus malus, quia ego bonus sum? Sic erunt nouissimi primi, & primi nouissimi. [b] Multi enim sunt uocati, pauci autem electi. Et ascendēs Iesus in Ierusalem, accepit duodecim discipulos suos secreto, & ait illis: ecce ascendimus Ierosolymam, & filius hominis tradetur in manus summorum sacerdotum, atque scribarum, & condemnabunt eum morte, & tradent gentibus ad illudendum & flagellandum atque crucifigendum, & tertia die resurget. Tūc accessit

ad eum mater filiorũ Zebedæi cum filijs suis, adorans & petens aliquid ab eo. Et ipse dixit ei: Quid uis? Et illa dixit ei: Dic ut sedeant hi duo filij mei, unus ad dexteram tuam, & unus ad sinistram in regno tuo. Respondit Iesus & ait: [c] nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum, & baptizari baptismate, quo ego baptizabor? Dicũt ei: possumus. Et ipse dixit ad eos: utiq; calicem meum bibetis, & baptizabimini baptismo quo ego baptizabor, sedere autem ad dextrã meam & ad sinistram, id non est meum ut dem uobis, sed quibus paratum est à patre meo. Et audientes decem irritati sunt contra duos fratres. Iesus autem uocauit eos ad se dicens: scitis ne quod [d] principes gentium dominiũ habent in eas, & magni quiq; potestatem habent in-

אליו אם חבני זבדי עם
בניה ותשתחו ותשאל
מאומה ממנו : והוא
אמר אליו מה־תרצי :
ותאמר לו אמור שישבו
אלה שנים בני אחד ל
לימינך ואחד לשמאל
במלכותך : ויען ישוע
ויאמר לא ידעתם מה־
תשאלו : התוכלו
לשתות הכוס אשר אני
אשתה ותטבל בטבילה
שאני אטבל :
אמרו אליו נוכל : והוא
אמר אליהם אכן את ה
הכוסי תשתו ותטבלו
בטבילה שאני א
אטבל אך לשבת לימיני
או לשמאל איננו הוא
לי לתת לכם אלא ש
שלהם נכון מן אבי :
וישמעו עשרה ויכעסו
על שני אחים : וישוע
קרא אותם לעצמו ל
לאמור התדעו כי שרי
הגוים ימשלו בהם ו
והגדולים ישלטו בי

ביניהם : לא כן יהיה
ביניכם אלא כל מי ש
שירצה ביניכם היות
גדול הוא יהיה משרתכ׳
ואשר ירצה ביניכם ה
היות ראשון הוא יהיה
עבדכם : כמו בן האדם
לא בא להשרת אלא ל
לשרת ולתת את־נפשו
פדיון לרבי׳ : וכשיצאו
הם מן ירחו הלכה א
אחריו כיתה רבה : והנה
שני עורים ישבו על ד
דרך וישמעו שיעבור י
ישוע ויצעקו לאמר א
אדני חננו בן־דוד :
וכיתה הוכיחם לחרש
והם עוד ויותר צעקו
לאמר : אדני חננו בן
דוד : ויעמד ישוע ויקרא
להם לאמר מה־תרצו
ואעשה לכם : ויאמרו
אליו אדני שתפקחנה
עינינו : ויחן אותם
ישוע ויגע בעיניהם ו
ומיד ראו וילכו אחריו :

inter eas. Non ſic erit inter uos, ſed quicunq; uoluerit inter uos eſſe maior, is ſit miniſter ueſter: & qui uoluerit inter uos eſſe primus, is ſit ſeruus ueſter. Sicut filius hominis non uenit miniſtrari, ſed miniſtrare, & dare animam ſuam redemptionē pro multis. Cumq; egreſſi eſſent de Iereho, ſecuta eſt eum turba multa. Et ecce duo cæci ſederūt iuxta uiā, & audientes quòd Ieſus tranſiret, clamauerunt, dicentes: Domine miſerere noſtri, fili Dauid. Turba autem redarguit eos ut tacerēt. At illi rurſum & magis clamabant, dicentes: Domine miſerere noſtri, fili Dauid. Et ſtans Ieſus uocauit eos, dicens: quid uultis ut faciam uobis? Et dicunt ei: Domine, ut aperiantur oculi noſtri. Et miſertus eorum Ieſus tetigit oculos eorum, & confeſtim uiderunt & ſecuti ſunt eum.

a *Aßimilatum est regnum cœlorum.*] *Exponit Christus in fine huius parabolæ, quid per eam significetur, nempe quod multi nouißimi erunt primi, & contrà, & quod multi sunt uocati, pauci autem electi. Item quod fidentes gratia eius, plus sunt accepturi quàm ausi fuerunt petere, & quod merces dei non iuxta modum operum, sed iuxta bonitatem eius proueniat. Docet prætereà hæc parabola nullos uenire in ecclesiam, nisi uocatos à deo: Docet omnes hypocritas esse mercenarios, qui uentris causa deo seruiunt, paciscentes cum eo pro mercede. Pij autem & ueri dei cultores, nullo interueniente pacto, totis uiribus deo seruiunt: & quicquid ille dat, suscipiunt non ut debitum sed ut gratuitum donum, scientes omnia ex dei gratia electis obuenire. Vnde & primis præferuntur, dum numeratur merces. Quod autem nouißimi, qui nihil ferè operati sunt, æquantur ijs qui totius diei onus & æstum portasse queruntur, ostendit Deum saluare hominem absq; respectu operum. Pij quidem agnita ueritate operari non desinunt, at propter opera nihil recipiunt, sed omnia gratiæ dei accepta referunt. Et id male habet eos, qui operibus suis confisi, plus sperauerunt accipere propter continuam corporum suorum castigationem, ieiunia, cœlibatum, & huiusmodi externa opera, propter quæ & in arrogantiam & contemptum aliorum inciderunt, murmurantes contra patremfamilias quod non respexerit ad opera eorum &c. Hi inquit Christus qui hic per hypocrisim sancti & primi reputati sunt, & uisi sunt habere multa merita, erunt nouißimi apud iustum iudicem, cum uenerit dare unicuiq; iuxta opera eius. De quibus operibus iam suprà diximus. Scripsimus & capite decimoseptimo de denario & monetis Hebræorum.*

b *Multi sunt uocati.*] *Quando Christus dicit, multos uocatos, paucos autem electos, loquitur de ea uocatione, qua ueritas hominibus annunciatur, non autem corda commouentur ad sequendū Christum uocantem. Hæc cordis commotio est gratuita dei electio, à qua pendet, ut quis uocetur in uineam domini, operetur digne in ea atq;*

mercedem

mercedem tandem referat. Non enim est uolentis aut currentis, sed miserentis dei, alioquin hi qui hic commemorantur multum laborasse, reiecti non fuissent, si operibus nostris regnum dei posset acquiri.

c Nescitis quid petatis.] Petebant temporalem dignitatem & mundanum quærebant regnum, cum Christus loquutus esset de spiritali regno, sed quod percipere non possent, nisi prius paterentur persecutionem. Vnde interrogauit eos, num possent bibere calicem quem ipse erat bibiturus, & baptizari baptismo quo ipse erat baptizandus, intelligens per hæc supplicium, quod erat aditurus ex patris decreto. Calicis metaphora frequentissima est in scriptura, capiturq; pro חלק portione, bona uel mala: bona, ut Psal. 17. יהוה מנת חלקי וכוסי id est, dominus est donum portionis meæ atq; calicis mei: mala, ut Psal. 11. Spiritus tempestatis pars calicis eorum. Sic Isaiæ 51. multa dicuntur de calice furoris domini, & calice insaniæ. Sic Christus loquitur de calice passionis qui sibi erat ebibendus: docet & cuiq; suum ebibendum calicem, definitumq; diuinitus, quid quisq; & quantum patiatur mali, & nemini contingere gloriam Christi, qui non socius fuerit in tribulatione. Et quod subditur: Sedere ad dextram meam & ad sinistram, id non est meum ut dem uobis, sed quibus paratum est à patre meo: hunc habet sensum: primos esse in gloria mea & proxime mihi sedere, id iam petentibus non potest donari, cum ab æterno per patrem definitum sit, quibus id contingat. Per me quidem paratur aditus ad gloriam illam, ijs qui ad eam sunt electi, at donatio eius non est mei hominis, neq; à me iam exoranda. Dei munus hoc est, & decretum ab æterno qui ad illam sint admittendi.

d Principes gentium dominium habent in eas.] Vos inquit qui uocati estis ad negocium cœlorum, non debetis conformes esse principibus & magnatibus huius mundi. Illi subiectis dominantur & potestatem habent inter eos, uos autem contrà, omnibus debetis esse

subiecti ad seruiendum. imitantes me, qui non ueni ut ministretur mihi, sed ut ego ministrem aliis, & ponam animam meam pro ouibus meis. Nolite igitur uos decem irritari contra hos duos, qui nesciunt quid à me petierint, stultis inseruientes affectibus, quos longe abesse necesse est, ab eo qui maior cupit esse in regno cœlorum. Cæterum quādo Christus dicit, Non sic erit inter uos, non prohibet inter Christianos magistratum, sed dehortatur ne Christianus quærat præcellentiam & ambiat potestatem. Alioqui si quis gerat magistratum, & gubernet oues Christi ad ipsius uoluntatem, quid is aliud facit, quàm quod seruit omnibus quos gubernat?



T cum appropinquassent Ierosolymis, & uenissent ad [a] Bethphagi ad montem oliuarum, tunc misit Iesus duos discipulos & ait illis: Pergite ad castellum quod est ante uos, & statim inuenietis asinam alligatam & pullum cum ea: soluite & adducite ad me. Et si quis aliquid dixerit uobis, dicite quod dominus his opus habeat, & confestim dimittet eos. Hoc autem factum est, ut impleretur id quod dictum est per prophetam dicentem:

וכשקרבו לירושלם ויבאו אל בית-פאגי אל הר הזיתים אז שלח ישוע שני תלמידים ויאמר אליהם: לכו אל טירת שהיא לפניכם ופתאום תמצאו את-אתון אסורה ועיר אתה התירו והגישו אלי:

ואם איש מה יאמר אליכם אמרו כי אדני הצורך בם ומהר ישלח אותם:

וזאת היתה שיתקיים מה שנאמר על ידי הנביא האומר

אמרו לבת ציון הנה
מלכך יבוא לך עני ו
ורכב על חמור ועל עיר
בן־אתנות׃ וילכו
התלמידים ויעשו כמו
צוה אותם ישוע׃
ויביאו את אתון ועיר
וישימו עליהם בגדיהם
וירכיבו אותו ממעל
ורבה כיתה פשטו ב
בגדיהם בדרך ואחרים
כרתו את־ענפי מעצים
ויציעו בדרך וכיתות
אשר הלכו לפניו וא
ואחריו קראו לאמר ה
הושענא לבן דוד ברוך
אשר בא בשם יהוה ה
הושענא בעליונות׃
ובשבא אל ירושלם
רעשה כל־העיר לאמר
מי הוא׃ ועמים אמרו
הוא ישוע נביא מן־נ
נצרת הגליל׃ ויבא
ישוע אל היכל הא
האלהים וישליך לחוץ
כל־מוכרים וקונים ב

tem: Dicite filiæ Zion, ecce rex tuus ueniet tibi, pauper & ſedens ſuper aſinum atq; ſuper pullum filium aſinarum. Et abierunt diſcipuli atque fecerunt ſicut præceperat illis Ieſus. Et adduxerunt aſinum & pullum, & poſuerunt ſuper eos ueſtimenta ſua, impoſuerũtq; eum deſuper: & multa turba ſtrauerunt ueſtimenta ſua in uia, alij autem reſecabant ramos de arboribus & ſtrauerunt in uia, & turbæ quæ præcedebant eum atq; ſequebantur, clamabant, dicentes: [b] Hoſana filio Dauid, benedictus qui uenit in nomine domini. Hoſana in excelſis. Et cum ueniſſet in Ieruſalẽ, commota eſt uniuerſa ciuitas, dicens: quis eſt hic? Populi autẽ dicebãt: hic eſt Ieſus propheta à Nazareth Galilęę. Et intrauit Ieſus in templũ dei, & [c] eijciebat omnes uendentes & emẽtes

in tẽplo, atq; menſas trapezitarũ & cathedras uendentiũ columbas euertit. Et dixit ad eos: ſcriptũ eſt, quod dom9 mea, domus orationis uocabitur, uos autem feciſtis eam ſpeluncam latronum. Et acceſſerunt ad eum cæci & claudi in templo, & ſanauit eos. Et uidentes principes ſacerdotũ atq; ſcribæ mirabilia quæ faciebat, & pueros clamantes in templo atq; dicentes, Hoſana filio Dauid, indignati ſunt & dixerunt ei: audis ne quid iſti dicunt? Ieſus uerò dixit ad eos: utiq;, non legiſtis, quod [d] ex ore infantiũ & lactentium fundaſti fortitudinem? Et relinquens eos abijt extra ciuitatem uerſus Bethaniam, manſitq; ibi. Et reuertens mane in ciuitatem, [e] eſurijt, uidensq; arborem fici iuxta uiam, uenit ad illam, ſed nihil inuenit in ea niſi folia tantum. Et ait illi: non

בהיכל ואת־שלחנות
השלחנים ומושבי ה
המוכרי׳ את־יוני׳ הוא
הפך׃ ויאמר אליה׳ נכתב
כי ביתי בית־תפלה י
יקרא ואתם עשיתם א
אותו מערת הלסטסין׃
ויקרבו אליו עורים
ופסחי׳ בהיכל וירפאם׃
ויראו שרי הכהנים
וסופרים את פלאות ש
שעשה ואת נערי׳ קוראי׳
בהיכל ואומרי׳ הושענא
לבן דוד ויכעסו ויאמרו
אליו התשמע מה יאמרו
האלה׃ וישוע אמר
אליה׳ אין קראתם
כי מפי עוללי׳ ויונקים
יסדת עז׃ ויעזב אותם
וילך לחוץ עיר אל בית
עניה וישב שם׃ וישוב
בבקר אל עיר וירעב ו
וירא את עץ תאנה על
הדרך ויבא אליו ולא
מצא בה כי אם העלים
לבדם׃ ויאמר לה לא

יֵצֵא מִמְּךָ פְּרִי לְעוֹלָם :
הְלְפִתְאוֹ יָבְשָׁה הַתְּאֵינָה
וַיִּרְאוּ תַלְמִידָיו וַיִּתְמְהוּ
לֵאמוֹר אֵיךְ לְפִתְאֹם יָבְשָׁה
: וַיַּעַן יֵשׁוּעַ וַיֹּאמֶר
אֲלֵיהֶם אָמֵן אֲנִי אוֹמֵר
לָכֶם אִם תִּהְיֶה לָכֶם א
אֱמוּנָה וְלֹא תִסְתַּפְּקוּ א
אֵין לְבַד בִּתְאֵינָה תַעֲשׂוּ
אֶלָּא אִם תֹּאמְרוּ לָהַר
הַזֶּה הִנָּשֵׂא וְהִשְׁתַּלֵּךְ ל
לַיָּם וְיִהְיֶה : וְאֶת כָּל
אֲשֶׁר תִּשְׁאֲלוּ בִּתְפִלָּה ו
וּבֶאֱמוּנָה תִּקָּחוּ : וּבְבֹאוֹ
אֶל הֵיכַל נִגְּשׁוּ אֵלָיו כ
בְּאִיוֹר הָיָה מְלַמֵּד שָׂרֵי
הַכֹּהֲנִים וְזִקְנֵי הָעָם לֵאמוֹר
בְּמָה יְכֹלֶת אַתָּה עוֹשֶׂה
הָאֵלֶּה וּמִי נָתַן לְךָ אֶת
הַיְכוֹלֶת הַזֹּאת : וַיַּעַן
יֵשׁוּעַ וַיֹּאמֶר לָהֶם א
אֶשְׁאַלְכֶם גַּם אֲנִי דָבָר
אֶחָד וְאִם אַתֶּם תֹּאמְרוּ
לִי אוֹתוֹ גַם אֲנִי אֹמַר
לָכֶם בְּמָה יְכֹלֶת עָשִׂיתִי
הָאוֹתָם : טְבִילַת יוֹחָנָן
מֵאַיִן הִיא אִם מִן שָׁמַיִם

prodeat ex te fructus in æternũ. Et continuo areſacta eſt ficus: quod uidẽtes diſcipuli mirati ſunt, dicentes: quomodo ſubito areſacta eſt? Et reſpondens Ieſus dixit ad eos: Amen dico uobis, ſi habueritis fidem & non hæſitaueritis, non ſolum in ficu facietis, ſed & ſi dixeritis monti huic, tollere & proijce te in mare, fiet. Et omnia quæ petieritis in oratiõe & fide, accipietis. Cumq; ueniſſet in tẽplum acceſſerunt ad eum docentẽ principes ſacerdotum, atq; ſeniores populi dicentes:[f] in qua poteſtate facis iſta? & quis dedit tibi hanc poteſtatẽ? Et reſpondens Ieſus dixit ad eos: interrogabo uos & ego uerbum unũ, & ſi uos dixeritis mihi, ego quoq; dicam uobis in qua poteſtate fecerim iſta. Baptiſmus Iohannis unde eſt, è cœlo an ex hominibus? At illi cogita-

uerunt inter ſe dicentes: ſi dixerimus, è cœlo, ipſe dicet nobis, quare ergo non credidiſtis ei? Si autem dixerimus, ex hominibus, timemus turbam. Quoniam Iohannes erat in oculis omnium ut propheta. Et reſpondentes dixerunt ad Ieſum: neſcimus. Et ipſe quoq; dixit ad eos: nec ego dicam uobis, in qua poteſtate iſta facio. Quid autem uidetur uobis? fuit homo quidam habens duos filios, & acceſsit ad priorem & ait: Fili mi uade hodie ad uineam meam ut opereris. Qui reſpondens ait: non faciam: & conuerſus poſtea abijt. Et accedens ad alterum, dixit ſimiliter. At ille reſpondit, & ait: uado domine, & non abijt. Vter ex his duobus fecit uoluntatem patris? Reſponderũt ei: primus. Dicit illis Ieſus: amen dico uobis, quod publicani & meretrices præcedent uos in regno dei. Siqui-

א׳מן אנשי ורח חשבו
ביניהם ויאמרו אם נ
נאמר מן שמים יאמר
הוא לנו ומדוע אין ה
האמנתם לו ואם נאמר
מן אנשים נירא את
הבית: כי בעיני הכל
היה יוחנן כמו נביא:
ויענו ויאמרו אל
ישוע לא ידענו: ויאמר
גם הוא אליהם ואין א
אני אמר לכם במה יכלת
עשיתי את האלה: ומה
נראה לכם היה אדם אחד
ולו היו שני בני ויגש
אל הראשון ויאמר: בני
לך היום אל כרמי ל
לפעול: והוא ענה ויאמר
אין אעשה וישוב אחרי
כן וילך: ויגש אל השני
ויאמר גם כן: והוא
ענה ויאמר אלך אדני
ולא הלך: מי מאלה
שנים עשה רצון אב:
ענו לו ראשון: ויאמר
אליהם ישוע אמן אני
אומר לכם כי בעלי ע

עבירת וזונות ילכו ל
לפניכם במלכות האלהי'
כי בא אליכם יוחנן :
בדרך הצדקה ולא הא
האמנתם לו אלא בעלי
עבירת וזונות האמינו
לו ואתם ראיתם ואין
עשיתם תשובה אחרי
כן להאמין לו : שמעו
משל אחר היה אדם ב
בעל־הבית והוא נטע
כרם ואת משכה הקיף
לו ויחפר בו יקב ויבן
מגדל וימסר אותו ל
לכורמים לפעלו וילך
לגור :
וכשקרבה עת הפירות
שלח את־עבדיו אל ה
הכורמי' לקחת הפירותו
: והכורמים אחזו את ע
עבדיו ויכו אחד ואחד
הרגו ואחד סקלו : עוד
שלח עבדי' אחרי' רבים
מראשונים ויהם עשו ל
להם גם כן : ובאחרית
שלח אליהם את־בנו
לאמר אולי ייראו את
בני :

dem uenit ad uos Iohannes per uiam iustitiæ, & non credidistis ei, publicani autem & meretrices crediderunt ei: uos uerò uidistis & non fecistis pœnitentiam postea, ut crederetis ei. Audite parabolam aliam: fuit homo paterfamilias,[g] qui plantauit uineam & sepem circumdedit ei & fodit in ea torcular, atque extruxit turrim, & tradidit eam uinitoribus ad colendum eam, & peregre profectus est. Cumq; appropinquasset tempus fructuum, misit seruos suos ad uinitores, ut acciperent fructus eius. Et uinitores apprehenderunt seruos eius, unum percusserunt, alium occiderunt, alium uerò lapidauerunt. Rursum misit seruos alios plures prioribus, & fecerunt illis similiter. Nouissime misit ad eos filium suum dicens: Fortassis reuerebuntur filium meum.

Vinitores uerò cum uidiſſent filium dixerunt intra ſe: hic eſt hæres, uenite occidamus eum, ut noſtra ſit hereditas eius. Et apprehendentes eum, duxerunt eum extra uineam & occiderunt. Itaq; cum uenerit dominus uineæ, quid faciet uinitoribus iſtis? Aiunt illi: malos perdet male, & uineam ſuam tradet pro mercede uinitoribus alijs, qui reddant ei fructum tēporibus ſuis. Dixit præterea illis Ieſus: Non legiſtis in ſcripturis, lapidem quem reprobauerūt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli? A domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris. Propterea ego dico uobis, quod auferetur à uobis regnum dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Et qui ceciderit ſuper lapidē illum, confringetur: ſuper quem autē ceciderit, conteret eum. Et cum audiſ-

ו. ורמים כשראו בן
אמרו בקרבם זה הוא
יורש הבית נהרגהו ולנו
תהיה ירשתו ; ויאחזו
אותו ויוציאו לחוץ כ
כרם ויהרגהו ; וכשיבוא
אדון הכרם מה יעשה
לכורמים האלה ; אמרו
לו את רעים יאבד ב
ברעה ואת כרמו יתן
תחת שכר לכורמים א
אחרים שישיבו לו פרי
לעתותיהם ; ויאמר
אליהם ישוע אין ק
קראתם בכתבים אבן
מאסו הבונים היתה ל
לראש פנה ; מאת יהוה
היתה זאת היא נפלאת
בעינינו ; ועל כן אני
אומר לכם כי תוסר מ
ממכם מלכות האלהים
ותנתן לגוי העושה פ
פירותיה ; ומי שיפול
על אבן הזאת ישבר ו
ועל מי תפל תשבר א
אותו ; וכששמעו שרי

הַמְּכַהֲנִים וּפְּרוּשִׁים אֶת מְשָׁלָיו יָדְעוּ שֶׁיְדַבֵּר ע עֲלֵיהֶם׃
וַיְבַקְשׁוּ לֶאֱחוֹז אוֹתוֹ וַיִּירְאוּ אֶת־־ה הַכִּיתוֹת כִּי כְּנָבִיא הָיָה בְּעֵינֵיהֶן׃

ſent principes ſacerdotū atq; Phariſæi parabolas eius, cognouerunt quod loqueretur de eis. Et quærebant tenere eum, ſed timuerūt turbas, quoniam erat ueluti propheta in oculis eorum.

a Bethphagi.] *Etiam apud magiſtros Hebræorum in ſuis ſcriptis mentio fit huius nominis & loci. Et hic Chriſtus uoluit ante paſſionem ſuam exhibere populo ſpecimen quoddam regni ſui, bonis in confirmationem ſuæ fidei & malis in confuſionem. Et magnifica quidem hæc fuit pompa & uere regia, ſi ſpectemus applauſum populi ac uirtutem Chriſti, qua negociantes è templo eiecit, & ſe hoſtibus ſuis terribilem exhibuit, rurſum fuit & humilis, quando aſello inſedit dominus maieſtatis, atq; ſub forma ſerui ad templum domini uenit. Per primum oſtendit ſe omnem poteſtatem accepiſſe à patre, cui oporterent omnia cum uellet cedere: per alterum oſtendit uiam, qua oportet peruenire ad gloriam eius. Cæterum hæc longe ante de eo Zacharias cap. 9. prædixit, ubi oſtendit regiam Chriſti poteſtatem, quando dicit, Ecce rex tuus ueniet tibi: Et carnis humilitatem, quando ſubijcit, pauper & ſedens ſuper aſinum. Hunc locum cum Iudæi tam oſcitanter legerint, non eſt mirandum, quod Chriſtum noſtrum laceſſant quod ſuper aſinum animal immundum ſederit, quorum argumentum hic ſubſcribere dignabor, & deinde ſtulticiæ eorum reſpondebo:*

אם מְשִׁיחֲכֶם אֱלֹהִים לָמָּה רָכַב עַל בְּהֵמָה טְמֵאָה ו וַהֲלֹא צִוָּה כְּשֶׁנָּתַן הַתּוֹרָה לְיִשְׂרָאֵל גַּם הַצֹּאן וְהַבָּקָר אַל יִרְעוּ מוּל הָהָר הַהוּא · מָה אֲפִילוּ בְּהֵמָה טְהוֹרָה גָּזַר שֶׁלֹּא יִרְעוּ מוּל הָהָר קו״ בְּהֵמָה טְמֵאָה וְכַאן הוּא רכב

רכב בעצמו על בהמה טמאה׃ תשובה׳ מטעם זה
צוה במתן תורה שלא ירעו בהמה אצל הר בשעת
מתן תורה משום שהיתה שעת ההיא טהרה וקדושה
שלא יהיה שם אפים הרהור עבירה לכן היה גוזר
שלא ירעו שם אפילו בהמה טהורה כי שמא יהיו
רובעים זה את זו ובני ישראל יראו אותו ויבא
להן הרהור עבירה ולא יקבלו התורה בלב שלם
אבל אצל האלהות אין שייך הרהור עבירה ואצל
טמאין בטהורין לכן רכב על החמור וגם גזירת
הכתוב הוא דכתיב עני ורוכב על החמור ואותו הקרא
קאי על משיח׃

Cæterum quod Christus sedit super pullum asinæ indomitum super quem nemo hominum adhuc sederat, & quod asinus à discipulis solutus continuo fuit dimissus, quando dixerunt dominum eo opus habere, hæc ostendunt potestati Christi omnia subiecta, quodq; sibi omnia simul ut uoluerit pareant & morem gerant.

b Hosana filio Dauid.] *Quando Leuitici 23. iubentur prima die tabernaculorum fieri fasces ex ramis palmarum, salicum citrorum & hadasi (sic enim uocatur species quædam arboris hebraice) & manibus gestari, sapientes Hebræorum ordinauerunt, octaua die illius solennitatis quæ est decimaquinta dies mensis primi, hoc est, Tisri, proprium fieri festum, in quo cum memoratis ceremonijs lectio quoq; illa Psalmistæ, Obsecro domine, salua quæso, obsecra domine, prospere age: benedictus qui uenit in nomine domini &c. publice proclamaretur: unde Hebræi sic scribunt.*

חכמים תקנו שיהא ניטל אגודת לולב בכל מקום
כל ז״ ימים וביום השביעי אומרים אנא יהוה ה
הושיעה נא אנא יהוה הצליחה נא׃

Hanc

Hanc autem constitutionem uidemus quoq; in usu fuisse Israëlitis cum adhuc in captiuitate Babylonica essent, nam ex Thargū Esther ita colligimus.

בחמשא עשר ביה מטללין מטלין איגר ביתיהון
לבוסתנא ושמטין לולבנא וקטפין אתרוגנא ו
ומפשחין הילפננא ועבדין להון הושענא יקרין
בסיפריהון ומצלין וחדיין וחדרין בהושענא וש
ושוורין ומרקדין היך גדיין :

Cuius scripturæ hic est sensus, uerbū è uerbo reddendo: In quintadecima in ipso (scilicet mense tisri) tegunt tuguria, tectum domorum suarum in hortis, & secant frondes palmarum atq; decerpunt citrea poma, abscindunt rosam marinam & faciunt sibi Hosana, leguntq; in libris suis & orant: lætantur & hilares sunt in Hosana, saltant & exiliunt sicut hœdi. Hinc uidere poteris lector, uocabulum hebraicum הושיעה נא *id est, hoschiana, uulgi more etiam apud Hebræos & ante Christum natum, corruptum fuisse, uel illos ipsum usurpasse Chaldaico more, & deinde abusos pro solennitate in qua cum ramis ceremoniæ fiebant, id quod & ferè apud Christianos inoleuit, qui octauum diem ante pascha uocant palmarum diem. Cum itaq; hoc loco populus uellet Christum honorare & cum triumpho deducere in Ierusalem, ignorantes impleuerunt prophetiam Dauidicam, occasione sumpta ex surculis ab oliuis decerptis & in uiam stratis, clamantes Osana, id quod iam consueuerant clamare in solennitate ramorum, quam ut diximus decimaquinta die mensis tisri quotannis celebrabant, & alio nomine* ערבה *id est, diem salicum uocant, de quo multa quoq; olim scripsi in Calendario meo hebraico. Hæc uolui paulò fusius scribere, quod scirem neminem antehac hūc locum satis explicuisse.*

c *Eijciebat omnes uendētes.*] *Ostendit Christus his factis, quanta esset omniū rerū potentia præditus, & quod uere impleuit uaticiniū*

Haggæi,

Haggæi, Maior erit gloria huius domus posterioris quàm prioris, quantumlibet obstinati Iudæi id negent & tertiam futuram expectent, ex tribus patriarchis stulte colligentes tria templa, sed præstat hic hebraice scribere, quid stulti homines sentiant de his templis:

אמרו חכמים ז"ל אברהם קראו הר יצחק קראו שדה
יעקב קראו בית לפי שהוא היה בעל הבית ולכן ב
גלה אליו קדשתו ומעלתו ורמז ע"א דרדם קראו הר
דיצחק שדה וגו' להורות לנו כי שלשה בתי מקדש
יהיו לישראל כנגד שלשה אבות השנים עתידים
ליחרב והשלישי לא יהיה חרב אלא יהיה קיים ל
לעולם כנגד הבית הראשון שעתיד ליחרב אמ' א
אברהם קראו הר שנאמר בהר ה' יראה וזהו הר הרב
ושוממם באומרים ז"ל במדרש תלים קולי אל ה' אקרא
כשבית המקדש קיים ומנין שכשהוא חרב שעונה
אותנו שנ' ויענני מהר קדשו סלה · וכנגד הבית
השני שעתיד ליחרב אמר יצחק קראו שדה שנ' ויצא
יצחק לשוח בשדה שהוא לשון בור ולכן אמר הנ
הנביא ציון שדה תחרש · וכנגד הבית השלישי
שאינה חרבה לעולם אמר יעקב קראו בית שנאמר
יהיה בית אלהים שפירושו יהיה מכח החבר בית
אלהים לעולם שזהו כנגד הבית השלישי אש עליה
אמר גדול יהיה כבוד הבית הזה האחרון מן הראשון
וכתיב ואני אהיה לה נאום יהוה חומת אש סביב
ולכבוד אהיה בתוכה באומרו בית אלהים ועל זה
אמר מקדש ה' כוננו ידיך אבל שני הבתים הר
הראשונים היו בידי אדם ולכן לא היה להם קיום
וזה שאמר שוא עמלו בוניו בו · ולכן אמרו יעקב

קרא׳

קראו בית קיימת לעולם לא בראשונים שקראום
הר ושדה ולכן תמצא שאמר מיד אין זה כי אם בית
אלהים אין זה בראשונות שקראו הר ושדה אלא
בית אלהים סלה ׃

Monti Abraham aiunt ſucceßiſſe primum templum, agro Izhac ſecundum, & domo dei Iacob tertium. De primo dicitur in pſalmo: Et exaudiuit me de monte ſancto ſuo. De ſecundo, Et egreſſus eſt Izhac ut meditaretur in agro. &, Zion quaſi ager arabitur. Et de tertio, Maior erit gloria domus huius nouißimæ quàm primæ. Item de hoc ultimo dicitur: Sanctuarium domini firmauerunt manus tuæ: & de alijs duobus; quod manibus hominum extructa fuerunt, & ob id conſiſtere nequiuerunt, cum in uanum laborent homines in eo quod deus non firmat. En quàm appoſite Hebræi intelligant ſcripturas, imò quàm miſere torqueant renitentem, quæ tam aperte dicit eam domum nouißimam fuiſſe in qua Christus apparuit, docuit & miracula fecit. Sed de hoc ſupra multa ſcripſi ante initium ſacri euangelij, ubi & Iudæis in ſua lingua reſpondi.

d Ex ore infantium.] *Ex ore inquit infantium & lactentium fundaſti fortitudinem, hoc eſt, fortitudo Chriſti tanquam inſuperabilis & inuicta cunctis hoſtibus eius, teſtimonio infantium & lactentium fundata & confirmata eſt, de quo & multo glorioſius fuit exaltatus, quàm ab hoſtium ſuorum ignominijs deiectus. Diſcimus autem hinc, eos uere poſſe Chriſtum prædicare, qui conuerſi fuerint in puerilem humilitatem.*

e Eſuriit.] *Voluit dominus hoc facto oſtendere ſterilitatem populi Iudaici, qui cum nunquam ferre uellet fructus pietatis, à Deo execratus fuit, ut radicitus exaruerit. Quod ſi agnoſcerent, non uſque adeo hic blaſphemam linguam exererent contra magiſtrum ueritatis, ſic arguentes:*

למה נרעב ישו׳ את״ למען תבשר והלא ראינו במעשה

עה״ שהיה בעיר ודם שצם מ׳ יום ומ׳ לילה מפני
שקרב אל השכינה וזה שאתה אומר שהוא עצמו
אותה למה רעב בבשרו׳ ועוד שבא לראות עץ ת
תאנה אם יש שם תאנים וכי מאותו מקום שראה
האילן לא ידע אם בו תאנים ואת נגד הבשר דבר
זה וכי הבשר סבר כלום ויודע כלום והלא ידוע
לכל העולם שאין הבשר יודע כלום ואין מבין
כלום כא״ הרוח ׃ ובזאת תימה אצלי אם הוא אלוה
ורוח אלוהים בו מדוע לא ידע מאותו מקום שאין
פרי שם׳ ועוד אם לא מצא פרי למה קלל האילן
שמא מתוך שטרחו לילך לשם בחנם עליו כעס וה
וקללו׳ והלא כתיב שצוה אל אפוסטולוש אהבו
את־אויביכם והטיבו את־שונאיכם והתפללו על
עושקיכם וברכו את אורריכם ומה האילן שלא פ
פשע כלום שלא שלח בעדו להתל בו לומר בא ו
ואכל מפירותי למה קללו והובישו בלא דין ובלא
דברים ׃ ויל״ שרצה משיחנו להראות במעשה הזה
כי עם היהודים היה כמו אילן שבול בלא פירות
ובלא טובים מעשים ועל כן אררם ויהיו ארורים
לעולם עד שלא ידעו את אדונינו משיחנו׳ התואנה
אתה יהודי למה ישוע רעב ולמה קלל האילן׳

Omnis qui uel medio.riter tenet hebraicam linguam, intelliget quid hic inimici Christi contra ipsum scribunt, nam facilis est huius hebraismi stilus, quibus & respondi ut calumniæ eorum merentur. Calumniam uoco, quando scribunt Christum irritatum contra arborem, quod frustra se fatigauerit diuertendo ab itinere ad eam, ac deinde fecerit contra præceptum suum, quando apostolis indixerit, ut

diligerent

diligerent inimicos suos & orarent pro calumniantibus eos, ipse autem reddidit malum pro malo, imo arbor nihil mali illi intulit, cum non uocauerit eum, ut ueniret & uesceretur fructibus eius &c. Sed facessant nugæ Iudæorum. Christus hic potissimum hoc unum docere uoluit discipulos suos, ut firmiter fiderent deo, pollicens sic omnia ipsis fore possibilia, ut nedum ficum subito aridum facerent, uerum & montes transferrent, imò nihil omnino esse quod non exoraturi essent, si modo id se exoraturos crederent.

f In qua potestate hæc facis.] *Stulta eorum interrogatio non digna erat responso diuino. Videbant enim & sentiebant Christum ea quæ faciebat facere diuina autoritate & uirtute, cui resistere nequibant, & adhuc quærunt in qua potestate ista faceret. Magna seueritate deijciebat æs in terram & mensas nummulariorum subuertit, improperauit illis quod ex domo dei facerent speluncam latronum, quod scilicet insidiarentur hominibus spoliandis in templo dei, sicut latrones id faciunt in speluncis suis, & cultum dei conuertissent in quæstum atq; auariciæ crimen. Sed quid? Tanta uirtute increpiti, non solum impietatem suam non agnoscebant, sed magis contra monitorem efferebantur, quærentes quomodo eum perderent. Sed quia hora eius nondum erat, nihil contra ipsum potuerunt. Retundebat tamen eos alia quæstione, de baptismo Iohannis, qua innuit illum è cœlo fuisse, ipsos autem eum impie contempsisse. Cumq; ad illam quæstionem respondere nollent, proposuit eis parabolam, fecitq; eos similes filio, qui iussus à patre in uineam abire, recepit id se facturum, nec fecit. Sic illi præ se ferebãt obseruantiam præceptorum dei, sed longissimi erant ab ea, nec id agnoscere uolebãt monitione Iohannis, sed nec exemplo eorum qui resipuerant ad prædicationem Iohannis, qui scilicet similes erant filio illi, qui patri negauerat in uineã abire, & postea pœnitudine motus, abijt tamen: per quem intelliguntur publicani & meretrices, qui primum perdite uixerunt, sed postea agnita sua impietate, conuerterunt se ad obedientiam Dei,*

En mirum dei iudicium. Infames publicani & meretrices præcedunt in regno dei principes sacerdotum & legis peritos, & fiunt ex nouißimis primi.

8 *Qui plantauit uineam.*] *Vinea ista est regnum dei, id est, cognitio & doctrina dei, quæ mandata fuerat populo Hebræo. Huius fructus, id est, uitam deo dignam, aliquoties deus per seruos suos prophetas exegit, sed frustra: quin & filium frustra misit. Vnde factum est, ut perditis ipsis uinea alijs collocaretur, & uerbum Dei gentilibus concrederetur, qui fructus dignos uerbo dei fecerunt, atq; ita regnum dei translatum est à Iudæis ad gentes, & impletum est illud prophetæ, Lapidem quem reprobauerunt ædificantes &c. hoc est, is qui pro nihilo habitus est & quidem ab ædificantibus, id est, populi primoribus reiectus, ille à domino cunctis mirantibus omnium princeps constitutus est. Et si uultis scire, ego sum is lapis, quem pater in fundamentum Zion posuit: & qui ceciderit super hunc lapidem, hoc est, qui in me impegerit, confringetur. Nam qui me reiecerit aut impugnarit, is deum reijciet & impugnabit, eritq; illi nihil integrum & saluum. Porro qui eò insaniæ peruenerit, ut etiam gratiam oblatam oppugnet, super hunc lapis cadet, & à me iudicabitur in æternum suppliciũ, totusq; in nihilum redigetur, id quod obstinatis Iudæis contigisse nemo ambigit, quantumlibet illi reclament & furant:*

יש להשיב לאותן מינין שאמרו לנו שבעון מיתת
ישו אנו בגלות זה והלא קודם שנולד היינו בגלות'
ועוד שכן כתוב לחן בשעת מיתתו שבקש מאביו
ואמר אבי מחול להם מה שעושים כי כי אינם ה
יודעים מה עושים ובקשיו אני רואה אם תאב ו
והבן דבר אחד הוא ורצון אחד יש להם שכל עון זה
במחל להם : ויל״ אמת הוא כי אתם וחודים עד
היום

היום הזה הייתם בגלות בעבור מיתת המשיח ולפי
שמאנתם להאמין בו שהוא באמת מושיע וגואל
העולם · וכשאתם אומרים כי הייתם בגלות קודם
שנולד ישוע גם הוא אמת כי הייתם בגלות בבל
אלא אין רק שבעים שנים וה׳ שלח אל אבותיכם
את נביאים שינחמו אותם כדי שלא יכלו בגלות
וכבר הייתם בגלות אלף שנים וכמעט חמשה מאות
שנים ואין לכם שום הנביאה או׳ שום נחמה כי
ה׳ זנח אתכם מפניו לעולם עד שתשובו אליו ותכירו
את האדונינו ישוע המשיח אשר בדמו רחץ כל אדם
מחטאתו אשר יאמין בו ובמיתתו הוא התפלל ב
בעד כל אדם אפים בעד אויביו שלא יאבדו אם י
ישובו׃

ויען ישוע ויאמר
עוד אליהם במשלים ל
לאמור׃
נדמתה מלכות השמים
לאדם מלך שעשה חתנת
לבנו וישלח עבדיו ל
לקרא קרואי אל חתנת
ואין אבו לבא׃ עוד
שלח עבדים אחרים ל
לאמור אמרו לקראים ה
הנה בריתי הכינותי ש
שורי ובריבי נטבחו ו



RЕspondit autem Iesus & locutus est ad eos iterũ in parabolis dicens : [a] Simile factum est regnum cœlorum homini regi qui fecit nuptias filio suo, & misit seruos suos, ut uocarent inuitatos ad nuptias, sed nolebant uenire. Iterum misit seruos alios dicens: Dicite inuitatis, Paraui prandium meũ, tauri mei & altilia mea occisa sunt,

& omnia sunt parata, uenite ad nuptias. At illi neglexerũt & abierũt unus in uillam suam, & alius ad negociationem suam: reliqui uero appræhendentes seruos eius, contumeliose interfecerunt. Et cum audisset rex, iratus est, mittensq́ȝ exercitus suos perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum combussit igni. Tunc ait seruis suis: nuptiæ quidem paratæ sunt, sed inuitati non fuerunt digni. Vos igitur abite ad exitus uiarũ, & omnes quos inueneritis uocate ad nuptias. Et egressi serui eius in uias, congregauerunt omnes quos inuenerunt malos atqȝ bonos, & impletæ sunt nuptiæ sedentium in accubitu. Et uenit rex ut uideret discumbentes, & uidens ibi hominẽ qui non erat uestitus ueste nuptiali, ait illi: amice quomodo intrasti huc & nõ habes uestem nuptia-

וכל הם נכונים באו אל
החתנה: והאלה התרשלו
וילכו אחד אל כפרו ו
ואחד אל סחורתו וש
ושארים אחזו עבדיו ו
ובעשק הרגו: וכשמע
מלך חרה אפו וישלח צ
צבאותיו ויאבד רוצחי
האלה ועירם שרף באש:
ואז אמר אל עבדיו אך
החתנה נכונה והקרואים
אין הראויים: ואתם
לכו אל תוצאות הדרכי
וכל שתמצאו קראו א
אל החתנה: ויצאו עבדיו
על דרכים ויאספו כל
אשר מצאו את רעים
ואת טובים ותמלא ח
חתנת היושבים במ
במסיבה: ויבא המלך
לראות היושבים וירא
שם את אדם אשר לא
היה לבוש בשמלת ח
החתנה ויאמר אליו רע
היך באת הלם ואין לך
שמלת החתנה והוא נ

גאלם : אז אמר מלך
לעבדיו אסרו ידיו ור
ורגליו ושלחוהו לחשך
החיצון שם יהיה בכי
וחירוק שנים כי רבים
נקראו ומעטים נבחרו:
אז הלכו פרושים וי
ויתיעצו כדי שילכדוהו ב
בדבר וישלחו אליו ת
תלמידיהם עם־עבדי
הורודוס לאמר : רבי
ידענו כי איש אמונים
אתה ודרך האלהים ב
באמת תלמד ואין עליך
עניין כל־האדם כי אין
תביט פני האדם : ועל
כן אמור לנו מה נראה
לך המותר לתת מס ל
לקיסר או לא : ויודע
ישוע רעתם אמר למה
תנסוני חנפים הראוני
את־טבע המס : והם
הגישו לו זוז אחד :
ויאמר אליהם ישוע
למי יש צלם הזה וה
והכתיבה : ויאמרו לו
לקיסר :

lem? At ille obmutuit. Tunc ait rex seruis suis: Ligate manus eius & pedes eius, & mittite eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus, & stridor dentium: quia multi sunt uocati, pauci uerò electi. Tunc abeuntes Pharisæi inierunt consilium, ut illum caperent in sermone, & miserunt ad eum discipulos suos cum seruis Herodis dicentes: Magister, scimus quod homo uerax es, & uiam dei in ueritate doces, & non est tibi cura de ullo homine, quia non respicis personas hominum. Et ob id dic nobis quid tibi uideatur, si licitum sit ut demus Cæsari censum, an non. Cognita autem Iesus malicia eorum ait: Quid me tentatis hypocritæ? ostendite mihi [b] numisma census. At illi attulerũt ei denariũ unũ. Et ait illis Iesus: cuius est imago hęc & inscriptio? Dicũt ei: cæsaris.

Tunc ait illis: date igitur Cæsari quæ sunt cæsaris, & deo quæ sunt dei. Quæ cum audisset, mirati sunt, & dimittentes eum abierunt. In illo die accesserūt ad eum Zaducæi qui dicunt non esse resurrectionem, & interrogauerunt eum dicētes: Rabbi, [c] Moses dixit: si quis mortuus fuerit non habens filium accipiat frater eius uxorem defuncti sibi in uxorem, ut suscitet fratri suo semen: nunc autem fuerunt inter nos septem fratres, & primus cum duxisset uxorem mortuus est absque semine, reliquitq; uxorem suam fratri suo. Similiter secundus & tertius, usq; ad septimum: & post omnes mortua est & mulier ipsa. In resurrectione igitur cuius erit uxor è septem illis? siquidē omnes fuerunt mariti eius. Et respondens Iesus dixit ad eos: uos erratis & ignoratis scripturas atq;

אז אמר אליהם לכן
תנו לקיסר אשר הם ל
לקיסר ולאלהים אשר
הם לאלהי׳ : ובשמעו
תמהו ועוזבים אותו
סרו : ביום ההוא קרבו
אליו צדוקים אשר הם
אומרים שלא תהיה ת
תקומה וישאלו לו ל
לאמור : רבי אמר משה
אם ימות איש ובן אין
לו יקח אחיו אשת המת
לו לאשה לחסי׳ לאחיו
זרע ועתה היו בינינו
אחים שבעה והראשון כ
כשלקח אשה מת בלי
זרע ויעזב את־אשתו
לאחיו : כן שני ושלישי
עד השביעי ואחר הכל
גם האשה מתה ;
ובתקומה למי תהיה ה
האשה מן השבעה כי כ
כל היו בעליה ; ויען
ישוע ויאמר אליהם א
אתם תועי׳ ואין יודעי׳
את־מכתבי׳ ואין את־

uirtutem

כח האלהי: כי בתקומת
אין יתחתנו ואין תא
תארשנה כי אם יהיו כ
כמו מלאכי האלהים ב
בשמים: ועל תקומת
המתי' אין קראתם מה
שנאמר מאת האלהים
האומר אליכ' אני אלהי
אברהם ואלהי יצחק ו
ואלהי יעקב ואין הוא
אלהי המתים כי אם ה
החיים: ובשמעו
חביתות תמהו על ת
תלמודו: ופרושים
כאשר שמעו כי הוא ה
החשה לצדוקים נוסדו
יחד וישאל לו אחד מ
מהם והוא מלמד הת
תורה וינסהו רבי איזו
מצוה גדלה בתורה:
ויאמר לו ישוע תאהב
את יהוה אלהיך בכל־
לבבך ובכל־נפשך ו
ובכל־מאדך: זאת
גדולה וראשונה מצוה
ותשנית נדמתה לזאת

uirtutem dei. Quoniam in resurrectione non nubent neq; desponsabuntur, sed erunt sicut angeli dei in cœlis. Et de resurrectione mortuorũ non legistis id quod dictũ est à deo dicente uobis, Ego sum deus Abrahã & deus Isahac atque deus Iacob? non est autem ille Deus mortuorum, sed uiuentiũ. Et cum audissent turbæ miratæ sunt de doctrina eius. Pharisæi autem cum audissent quod compescuisset Zaducæos conuenerunt in unum, & interrogauit eum unus ex eis, qui erat doctor legis & tentauit eum: magister, quod est præceptum magnum in lege? Et dixit illi Iesus: diliges dominum deum tuum in toto corde tuo & in tota anima tua, & [d] in tota uehementia tua. Hoc est magnum & primum præceptum, secundum autem simile est ei: diliges proximum tu-

um sicut teipsum. In his duobus mandatis pendet tota lex & prophetæ. Et cũ congregati essent Pharisæi, interrogauit eos Iesus dicens: [c] Quid uobis uidetur de Christo, cuius filius est? Dicunt ei: Dauid. Ipse uerò dixit ad eos: Et quomodo uocat eum Dauid in spiritu dominũ suum, dicens Dixit dominus Domino meo, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum? Si ergo Dauid uocat eum dominum suum, quomodo filius eius est? Et nemo erat, qui posset ei respondere uerbũ, nec quisquã uolebat eum amplius interrogare ex eo die.

תאהב את רעך כמוך : באלה שתי המצות תלויה כל תורה והנביאים : ובהתקבצו הפרושים שאל להם ישוע לאמר מה נראה לכם על משיח למי בן הוא : ויאמרו לו דויד : והוא אמר אליהם והיך דויד ברוח קורא לו אדניו לאמר נאם יהוה לאדני שב לימיני עד אשית אויביך הדם לרגליך : ואם דויד קרא לו אדניו היך הוא בנו : ואין היה שיוכל להשיב לו דבר ואין איש רצה עוד לשאל ממנו מהיום ההוא :

[a] *Simile factum est regnum cœlorum.*] Monuit dominus in hac *parabola Iudæos futuræ eorum ultionis, qui uocati ad ecclesiam & beatas nuptias, respuerunt gratiam dei, nolentes uenire ob amorem studiumq́; præsentium rerum, quin & quidam cum iniuria occiderunt eos per quos dominus illis hanc obtulit gratiam. Quod autem rex post ultionem sumptam de hostibus suis, misit seruos in exitus uiarum, & illi adduxerunt bonos ac malos, significat plurimos*

translato

translato ad gentes euangelio, regno dei adducendos, multos quidem uocatos sed paucos electos, id quod & eiectio illius ostendit qui ueste caruit nuptiali, hoc est, certa fide in Christum.

b Numisma census.] De censu & denario atq; monetis Hebræorum diximus nonnihil supra capite decimoseptimo.

c Moses dixit.] De hac lege scripsit Moses Deut. 25. quæ ob id lata fuit, ut hæreditates manerent impermixtæ & quælibet familiæ suas possiderent. Voluit enim dominus consulere familiarum perpetuitati & legitimæ hæreditatum successioni. Cæterum Zaducæorum opinio crassior fuit quàm quæ apud dei fideles locum habere debuerat. Sed ignorabant miseri homines scripturam & uirtutem dei, ideo facile labi potuerunt tam fœde, dei opera iuxta carnem metientes. Discitur ex hoc loco, nos in futuro seculo uitam angelicam uicturos, alienam scilicet ab omni corruptione & generatione, non morientes neq; nubentes.

Omni enim habenti dabitur & abundabit, qui uero non habet, etiam id quod habere uidetur, tolletur ab eo. Et seruum inutilem proijcite in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium. Cum [c] autem uenerit filiꝰ hominis in gloria sua & omnes angeli eius cum eo, tunc sedebit super solium gloriæ suæ, & congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eas, illas ab istis, sicut pastor separat oues ab hœdis. Et statuet oues ad dextram, hœdos autem ad sinistram. Et tunc dicet rex his, qui erunt ad dexteram eius: uenite benedicti patris mei. & possidete regnum quod paratum est uobis ab initio mundi. Esuriui enim, & dedistis mihi ad edendū. Sitiui, & dedistis mihi ad bibendum. Peregrinus fui, & collegistis me. Nudus fui, & operuistis me. Infir-

כי לכל מי שיש לו
יגתן לו וישפע ומי ש
שאין לו גם מה שנראה
היות לו יקח ממנו :
ואת-עבד בטל תשליכו
לחשך החיצון שם יהיה
בכי וחרוק שנים :
וכאשר יבא בן-אדם
בכבודו וכל-מלאכיו א
אתו אז ישב על-כסא
כבודו ויקהלו לפניו כל
-גוים ויפריד אותם א
אלה מאלה כמו רועה
יפריד את-כבשים מעל
גדיים: ויציג את כבשים
אל ימין ואת--גדיים
אל שמאל : ואז יאמר
המלך לאלה אשר יהיו
אל ימינו לכו ברוכי א
אבי ורשו את-הממלכה
המוכנה לכם מראשית
העולם : כי רעבתי
ותתנו לי לאכל: צמאתי
ותתנו לי לשתות : גר
הייתי ותאספוני :
ערום הייתי ותכסו א
אותי :

חולה אני ותפקדו
אותי: בבית אסירים
הייתי ותבאו אלי: אז
יענו צדיקים לו לאמר:
אדני מתי ראינוך רעב
ונאכילך או צמא ונ
נשקך: ומתי ראינוך
גר ונאסיפך או ערום
ונכסך: או מתי ראינוך
חולה או בבית אסירים
ונבא אליך: ויענה
המלך ויאמר אליהם א
אמן אני אומר לכם כ
כשעשיתם לאחד מאלה
אחי הקטנים לי עשיתם:
ואז יאמר מלך לאלה
שיהיו משמאל סורו מ
ממני ארורים אל אש
העולם אשר הוכנה ל
לשטן ולמלאכיו: כי
רעבתי ואין נתתם לי
לאכול: צמאתי ואין
השקיתם אותי: גר
הייתי ולא האספתם א
אותי: ערום הייתי
ואין כסיתם אותי:
חולה הייתי ובבית א

Infirmus eram, & uiſitaſtis me.In carcere eram & ueniſtis ad me. Tunc reſpondebunt ei iuſti, dicentes: Domine, quando uidimus te eſurientem & cibauimus te, aut ſitientem & potauimus te? Et quando uidimus te peregrinũ & collegimus te, aut nudum & operuimus te? Aut quando uidimus te infirmum, aut in carcere, & uenimus ad te? Et reſpondebit rex atq; dicet illis: amẽ dico uobis, quando feciſtis uni ex his fratribus meis puſillis, mihi feciſtis. Tunc quoq; dicet rex his qui erunt à ſiniſtris: diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt Satanæ & angelis eius. Eſuriui enim & non dediſtis mihi edere. Sitiui & non dediſtis mihi bibere. Peregrinus fui, & non collegiſtis me. Nudus fui, & non operuiſtis me. Infirmus fui atq; in carcere, & nõ uiſitaſtis me.

me. Tunc reſpondebunt ei & ipſi dicentes: Domine, quando uidimus te eſurientem, aut ſitientem, aut peregrinum, aut nudum, aut ægrotum, aut in carcere, & non miniſtrauimus tibi? Tunc reſpondebit illis dicens: amen dico uobis, quando non feciſtis uni ex puſillis his, nec mihi feciſtis. Et ibunt hi in ſupplicium æternum, iuſti uerò in uitam æternam.

אסורים ולא פקדתם א
אותי:
אז הם יענו לו לאמר
אדני מתי ראינוך רעב
או צמא או גר או ערום
או חולה או בבית א
סורים ולא שרתנוך:
אז יענה להם לאמר
אמן אמר לכם בשלא ע
שיתם לאחד מקטנים
האלה אין לי עשיתם:
וילכו אלה אל-עונש
העולם וצדיקים לחיי
עולם:

a *Aſsimilabitur regnum cœlorum.]* Voluit Chriſtus in hac parabola hoc unum docere, ut uigilemus omni tempore, quandoquidem neſciamus, qua hora filius hominis uenturus ſit, et ſemper ſimus parati, ut uenienti ſponſo eamus obuiam, ultrò ſcilicet et cupienti animo atq; plena fide hinc ad eum concedamus et ad nuptias æternæ felicitatis, à quibus excludentur miſeri, qui uera fide per dilectionem operante dominum non expectauerunt. Oleum eſt fides ipſa, quæ nititur meritis Chriſti, qua ſola parati ad aduentum Chriſti electi exiſtunt, et quæ ſola bonis lucet operibus. Tandem et uigilantes reddit, cum mentem ad deum rapit, in quo ſolo perſuaſa eſt, bona uniuerſa ſibi repoſita eſſe. Expuunt et hic Iudæi uirus ſuum contra Chriſtum ſaluatorem noſtrum, quod ſponſum ſe fecerit, ſuper pſalmum 19. ubi et propheta cum uocat ſponſum, in hunc modum ſcribentes:

איך יכולים לומר כי ממעי אמו אעיר שם שם אהלו
בחתן

כחתן יצא לרוץ אורח׳ הלא מלוכלך יצא
המישב בעריסו כשאר ילדי׳ היה כך לעשות לצאת
ממעי אמו לרוץ ברחב ולגדל לפי שעה לחיות איש
ושלא יצטרך עוד לאמו כי אז כל רואין יכירו וי
ויאמינו בו׳ והנה נא ידענו כי לא כחתן יצא׳ ועוד
ממעי אמו איך אתה יכול לקרות אהל׳ הא אין
קרוי אהל אלא דבר שמאהיל למעלה ולא למטה כ
כדכתיב לאהל על המשכן וכדרך כל אהלים ש
שמאהילים למעלה מאדם ולא למטה ממנו ולא מ
מתחתיו׳ וישו כשהיה במעי אמו סבבו בין מלמעלה
ובין מלמטה מתחתיו והוא היה כרוך בשליא מ
מראשו ועד רגליו ואומרים מקצה השמים מוצאו
ותקופתו אין מרוצתו כמו הם קוראים על קצותם׳
והנה זאת ראינו כי אין אלהותו אלא במיעוט עם
ותדע כי בשביל כך אמר דוד יראת ה׳ טהורה עומדת
לעד ולא עומדת ישו שאינו טהורה לפי שבמקום
הטינופות בא : תשובה׳ אין טינופת הגוף כי אם
טומאת הלב תטמא את אדם כשנאמ׳ בישעיה רחצו
הזכו הסירו רוע מעלליכם מנגד עיני חדלו הרע׳
הנה חטא ורע הוא טומאה בעיני אלהים ואין טי
טינופת הגוף אשר הוא בלי חטא׳ בא בן אלהים
ולקח טבענו עם כל מדותיו רק בלי חטא נברא ב
בבטן הבתולה ונולד ממנה בלי חטא והלך על ארץ
לג׳ שנים בלי חטא והתקיים מה שכתוב הנה ה
העלמה הרה ויולדת בן וגו׳ כי אין ראוי שיולד א
אלהים בטבענו כי אם מן בתולה טהורה ובתולה
אין ראויה ללדת כי אם את אלהים :

Nolis

Nolui latine interpretari hanc Iudæorum obiectionem, quod plena sit conuicijs, Christum puerum & matrem eius uirginem more suo lacescens, ridentes hunc sponsum & thalamum unde processit. Ne tamen quædam uocabula hebraice studiosis imponant, uolui ea hic explicare: מלוכלך est Paul in coniugat. piel, & significa squalore & sordibus obductum, quales sunt quidam infantes ex materno prodeuntes utero. עריס capitur pro cunabulis, מעי pro matrice siue loco residentiæ infantis: & שיליא est secundina qua fœtus in utero includitur. In mea responsione nihil est obscurum, nisi forte non omnibus constet טבע esse naturam & מדות conditiones naturæ.

b Homo quando peregre proficiscitur.] Hortatur saluator in hac parabola, ut quisq; pro sua facultate & iuxta portionem donorum quæ à Christo accepit, inseruiat proximis. Et in hoc alius alium præcellit, ut alius alio amplius donatus fuerit spiritu Christi. Qui multa acceperunt, multos debent lucrari ad uitam æternam. Sunt tamen qui acceptis donis rursum priuantur, qui scilicet ea dona recondunt, & nulli ex eis adferunt aliquid commodi. Et in illis impletur illud prouerbium, Omni habenti dabitur & abundabit, qui uero non habet, etiam quod habet auferetur ab eo. Et quoniam hic fit mentio de talento, libuit quoq; annotare quanti apud Hebræos fuerit ponderis. Suprà enim capite decimoseptimo ubi de ponderibus monetarum nonnihil diximus, de talento nullam fecimus mentionem, sed solum indicauimus quanti ponderis apud ueteres fuerit drachma & didrachma. Notandum igitur quod ab obulo leuissima moneta & minimo pondere, sic gradatim ascenditur ad maximum pondus seu summam mensuram ponderis, quod est talentum. מעה Obulus, est moneta habens pondus sedecim granorum hordeaceorum: quod sexies replicatum efficit דינר denarium, cuius scilicet pondus habet 69 grana hordeacea. A denario ascenditur ad siclum:

faciunt

faciunt autem quatuor denarij ſiclum, hoc eſt, pondus 384. granorum hord. Cæterum 25. ſicli efficiunt מנה *minam ſeu* לטר *libram, & ſunt pondus 9600 granorum hordeaceorum. Et ex ſexaginta* לטרין *libris conſtituitur* כבר *id eſt, talentum, quod ſcilicet ſi iuſte multiplicaueris ponderabit 576000 grana hordeacea. Hæc ſic accipe gradatim ab imis ad ſumma aſcendendo,*

Obulus habet 16. grana hordeacea,
Denarius qui & Zuza habet 6. obulos ſiue 96. grana,
Siclus habet 4 denarios, ſiue 384 grana,
Libra ſeu mina habet 25. ſiclos, id eſt, 9600 grana,
Talentum habet 60. libras quæ continent 576000. grana hord.

c *Cum uenerit filius hominis in gloria ſua.*] *Proponit hic dominus nobis iudicium illud extremum, ut uigilemus per fidem quæ efficax ſit per dilectionem, atq; pro uirili noſtra noſmet impendamus proximis demerendis, ut tandem à domino cum maieſtate apparituro audire mereamur: Venite benedicti patris mei, poßidete regnum paratum uobis ab initio mundi. Hæc uerba ſi diligenter expendantur, indicabunt, electis obuenturũ regnum dei, non propter opera ipſorũ, ſed ex gratuita dei beneficentia. Dicit nanq;: Venite benedicti patris mei: ergo pietas eorum & felicitas benedictionis, dei eſt, & non meriti eorũ. Et quando ſubditur: poßidete regnum uobis ab initio mundi paratum, oſtenditur, quod ipſi illud non potuerunt mereri, quod iam ab exordio mundi illis fuit paratum, tanquam filijs per gratiam adoptatis, antequam boni aliquid facere poſſent. Quando uerò in ſequentibus dicitur: Eſuriui enim & dediſtis mihi ad edendũ, &c. hæc non ſic ſunt accipienda, quaſi propter hæc opera electi ſint uocandi ad poſſeßionem regni, ſed quod opera ipſa teſtentur eos benedictos patris, & ad poſſeßionem regni ante conditũ mundum fuiſſe electos. Operibus ipſis declarauerũt ſe ſpiritu patris præditos fuiſſe, ſine quo nemo hilari mente inopibus ferre ſubſidium poteſt. Itaq;*

opera hic commemorata à iudice, testimonia sunt ouium, quod ueræ oues, & filij dei atq; hæredes existant, & non merita. Ad hæreditatem percipiendam uocantur, non percipiendam mercedem. Quæ cum præterierint hœdi, id est, reprobi, de se testimonium tulerunt filios dei se nunquam fuisse.



T factum est cum consummasset Iesus sermões hos omnes, dixit ad discipulos suos: Scitis [a] quòd post biduum pascha erit, & filius hominis tradetur ut crucifigatur? Tunc cõgregati sunt principes sacerdotum & seniores populi in atrium principis sacerdotũ, qui dicebatur Caipha, & consilium inierunt, ut Iesum dolo caperent [b] & occiderent. Dicebant autem: non in die solenni, ne tumultus fiat in populo. Et cum Iesus esset in Bethania, in domo Simonis leprosi accessit ad eum mulier, in cuius manu erat alabastrum olei preciosi, & effudit super caput ipsius recumbentis, & ui-

ויהי בכלות ישוע
את-הדברים כלם אמר
אל-תלמידיו ׃
הידעתם כי אחר יומים
יהיה פסח ובן-אדם י
ימסר כדי שיצלב ׃
אז נקהלו שרי
הכהני׳ וזקני העם אל
חצר שר הכהנים שנ
שנאמר קאיפה ויועצו
לתפש ישוע במרמה ו
ולהרוג ׃
ויאמרו אין
ביום החג פן תהיה מ
מהומה בעם ׃ וכאשר
היה ישוע בבית-עניה
בבית סימון המצורע
נגשה אליו אשה ובידה
פך השמן יקר והיא ש
שפכה על ראשו היושב
ויראו התלמידים וי

dentes

ויכעסו ויאמרו : על-
מה זאת האבדה כי י
יכל השמן הזה להמכר
תחת רב ולהנתן לעניי'
: וידע ישוע ויאמר
להם למה תאלצו את-
אשה הזאת : כי היא
פעלה בי מעשה טוב
ואתכם תמיד יהיו ע
עניים ואני לא אהיה
תמיד אתכם : והיא
שלחה את-השמן הזאת
על גופי לקברני עשתה
: אמן אני אומר לכם
בכל-מקום אשר שם ת
תקרא בשורה הזאת ט
טובה בכל העולם מה
שהיא עשתה יאמר ל
לזכרונה : אז הלך אחד
מאת שני' עשר שנאמר
יהודה אישכריוטי אל
ראשי הכהנים ויאמר
אליהם : מה תרצו תת
לי ואני אמסר אותו ל
לכם : והם נקבו לו
שלשים כספים : ומאז
הוא בקש עת נכונה ל

dentes[c] discipuli indignati sunt, atq; dixerunt: Ad quid perditio hæc? quoniam potuit oleum istud uenundari pro multo, & dari pauperibus. Sciens autem Iesus ait illis: quare molesti estis huic mulieri? Siquidem operata est opus bonum in me, & semper sunt pauperes apud uos, ego autem non semper ero uobiscum. Quod autem illa misit oleum illud in corpus meum, ad sepeliendum me, fecit. Amen dico uobis, ubicunq; fuerit prædicatum hoc euangelium in toto mundo, hoc quod ipsa fecit, dicetur in memoriam eius. Tunc abijt unus de duodecim, qui dicebatur Iehuda Ischariotes ad præcipuos sacerdotes & ait illis: Quid uultis mihi dare, & ego tradam eũ uobis? At illi constituerunt ei triginta argẽteos. Et ex eo tẽpore ipse quærebat tempus oportunũ,

ut eum traderet. Die autem [d] primo azymorum accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes: Vbi uis ut paremus tibi ad edendũ pascha? Et dixit Iesus: Ite in ciuitatem ad quendam & dicite ei: magister dicit, tempus meum prope est, & apud te faciam pascha cum discipulis meis. Et fecerunt discipuli sicut pręceperat eis Iesus, & parauerunt pascha. Et cum facta esset uespera, sedit ad mensam cum duodecim discipulis suis, & cum ederent dixit: Amen dico uobis, quia [e] unus ex uobis est me traditurus. Et turbati sunt ualde, cœperuntq; sigillatim dicere: Num ego sum Domine? At ipse respondit, & ait: Ille qui intingit mecum manũ in paropside, is me traditurus est. Et quidem filius hominis uadit sicut scriptum est de eo. Væ autem homini illi, per quem tradetur filius hominis.

לִמְסוֹר אוֹתוֹ ׃ וּבַיּוֹם
רִאשׁוֹן הַמַּצּוֹת קָרְבוּ ת
תַלְמִידָיו אֶל יֵשׁוּעַ לֵאמֹר
אֵיפֹה תִרְצֶה לְהָכִין לְךָ
לֶאֱכֹל אֶת־פֶּסַח ׃ וַיֹּאמֶר
יֵשׁוּעַ לְכוּ אֶל הָעִיר אֶל
אֶחָד וְאִמְרוּ לוֹ הַמְּלַמֵּד
אוֹמֵר עִתִּי קְרוֹבָה הִיא
וְעִמְּךָ אֶעֱשֶׂה פֶּסַח אֶת־
תַּלְמִידָי ׃ וַיַּעֲשׂוּ
תַלְמִידִים כַּאֲשֶׁר צִוָּה א
אוֹתָם יֵשׁוּעַ וַיָּכִינוּ פ
פֶּסַח ׃ וּכְשֶׁהָיָה עֶרֶב יָשַׁב
עַל הַשֻּׁלְחָן את שְׁנֵים ע
עָשָׂר תַּלְמִידָיו וְכַאֲשֶׁר
הֵם הָיוּ אוֹכְלִים אָמַר ה
הוּא אָמֵן אֲנִי אוֹמֵר ל
לָכֶם כִּי אֶחָד מִכֶּם יִמְסַר
אוֹתִי ׃ וַיִּתְעַצְּבוּ מְאֹד וְכָל
־אֶחָד הֵחֵל לֵאמֹר הַאִם
אֲנִי הוּא אֲדֹנִי ׃ וַיַּעַן
הוּא וַיֹּאמֶר מִי שֶׁיַּטְבִּיל
אִתִּי יָד בִּקְעָרָה הוּא י
יִמְסְרֵנִי ׃ וְאָכֵן בֶּן־אָדָם
יֵלֵךְ כְּשֶׁנִּכְתַּב עָלָיו וְאוֹי
לְאָדָם הַהוּא אֲשֶׁר עַל י
יָדָיו יִמָּסֵר בֶּן־אָדָם ׃

Bo-

טוֹב הָיָה לוֹ שֶׁלֹּא הָיָה
נוֹלַד הָאָדָם ׃ וַיַּעַן
יְהוּדָה אֲשֶׁר מָסַר אוֹתוֹ
וַיֹּאמַר הַאִם אֲנִי הוּא ר
רַבִּי ׃ וַיֹּאמֶר לוֹ אַתָּה
אָמַרְתָּ ׃ וַיְהִי כְּשֶׁהֵם הָיוּ
אוֹכְלִים לָקַח יֵשׁוּעַ ה
הַלֶּחֶם וַיְבָרֵךְ וַיִּבְצַע ו
וַיִּתֵּן לְתַלְמִידָיו לֵאמֹר
קְחוּ וְאִכְלוּ זֶה הוּא ג
גוּפִי ׃

וַיִּקַּח הַכּוֹס וַיְבָרֵךְ
וַיִּתֵּן לָהֶם לֵאמֹר שְׁתוּ מ
מִמֶּנּוּ כֻּלְּכֶם ׃ כִּי זֶה
דָּמִי שֶׁל בְּרִית הַחֲדָשָׁה
אֲשֶׁר יִשָּׁפֵךְ בַּעֲבוּר רַבִּי׳
לְכִפּוּר חֲטָאִים ׃ וַאֲנִי
אוֹמֵר לָכֶם אֵין אֶשְׁתֶּה
מֵעַתָּה מִן הַפְּרִי הַגֶּפֶן
עַד־הַיּוֹם הַזֶּה שֶׁבּוֹ א
אֶשְׁתֵּהוּ אִתְּכֶם חָדָשׁ ב
בְּמַמְלֶכֶת אָבִי ׃

וּבְשֶׁאָמְרוּ אֶת־תְּהִלָּה
יָצְאוּ לְהַר הַזֵּיתִים ׃ אָז
אָמַר לָהֶם יֵשׁוּעַ כֻּלְּכֶם
תִּכָּשְׁלוּ בִּי בַלַּיְלָה הַזֶּה ׃

Bonum erat ei, quod nunquàm natus fuiſſet homo ille. Et reſpondens Iehuda qui eum tradidit, dixit: Nunquid ego ſum, rabbi? Et ait illi: Tu dixiſti. Factumq́ eſt cum ederent, accepit Ieſus panem & benedixit atq; fregit, & dedit diſcipulis ſuis dicens: Accipite & comedite, hoc eſt corpus meum. Accepit, & calicem & referens gratias dedit eis dicens: Bibite ex eo uos omnes: hic enim eſt ſanguis meus, qui eſt noui teſtamenti, qui effūdetur pro multis in expiationem peccatorū. Et ego dico uobis, Non bibā amodo ex hoc fructu uitis, uſq; diē illū, in quo bibam ipſum [f] nouum in regno patris mei. Cumq́ hymnum dixiſſent, egreſſi ſunt ad montem oliuarum. Tunc dixit eis Ieſus: Omnes uos offendiculum patiemini in me hac nocte. Scriptum eſt enim: Percute paſto-

rem & dispergētur oues: postquàm autem surrexero, præcedam uos in Galilæam. Et respondens Petrus ait illi: Si omnes offendiculum passi fuerint in te, ego non patiar offendiculum. Et dixit illi Iesus: Amen dico tibi, quòd in hac nocte antequàm cantet gallus, ter me negabis. Et ait illi Petrus: Etiam si oporteat me mori tecum, non te negabo. Similiter autem & omnes discipuli dixerũt. Tunc uenit Iesus cum eis in uillam, cuius nomen erat Gesemanim, & dixit discipulis suis: sedete hîc donec uadam illuc & orem. Duxit autem secum Petrum & duos filios Zebedæi, & cœpit dolore affici atque contremiscere. Et tunc ait illis: [g] tristis est anima mea usque ad mortem: expectate hic & uigilate mecum. Et transiens pusillum procidit in faciem suam, atque orauit,

כי נכתב הך את־הרועה
ותפצנה הצאן ואחרי ש
שאקום אלך לפניכם ב
בגליל : ויען כיפא
ויאמר לו אם כלם י
יכשלו בך אינני אכשל
: ויאמר לו ישוע אמן
אני אומר לך כי בלילת
הזה בטרם ישיר תרנגול
שלש פעמים תכחשני :
ויאמר לו כיפא גם אם
אצטרך למות אתך אין
אכחשך : וגם כן כל־
תלמידים אמרו : אז בא
ישוע אתם לכפר ששמו
גי־שמנים ויאמר אל
תלמידיו שבו בזה עד
שאלך לשם ואתפלל :
והוליך אתו כיפא
ושני בני זבדי והתחיל
להתעצב ולהתחרד : ואז
אמר אליהם עצבת ב
נפשי עד־מות המתינו
פה ושקדו עמי : ויעבר
מעט ויפל על פניו וי
ויתפלל לאמר :

dicens,

אָבִי אִם אֶפְשַׁר יַעֲבֹר
הַכּוֹס הַזֶּה מִמֶּנִּי אֲבָל
לֹא יִהְיֶה כִּרְצוֹנִי אֶלָּא כ
כִּרְצוֹנְךָ ׃ וַיָּבֹא אֶל
תַּלְמִידָיו וַיִּמְצָאֵם יְשֵׁנִים
וַיֹּאמֶר אֶל כֵּיפָא ׃ אִם לֹא
יְכָלְתֶּם שָׁעָה אַחַת לִשְׁקֹד
עִמִּי ׃ שִׁקְדוּ וְהִתְפַּלְּלוּ
שֶׁלֹּא תָבֹאוּ לִידֵי נִסָּיוֹן
וְאוּלָם רוּחַ הִיא שׁוֹ
שׁוֹקֶדֶת אֲבָל הַבָּשָׂר הוּא
חַלָּשׁ ׃ עוֹד הָלַךְ שֵׁנִית
וַיִּתְפַּלֵּל לֵאמֹר אָבִי אִם
לֹא יוּכַל לַעֲבֹר הַכּוֹס ה
הַזֶּה אֶלָּא אֶשְׁתֶּה אוֹתוֹ
יְהִי רְצוֹנְךָ ׃ וַיָּבֹא עוֹד
וַיִּמְצָאֵם יְשֵׁנִים כִּי ע
עֵינֵיהֶם הָיוּ כְּבֵדוֹת ׃
וַיַּעֲזֹב אוֹתָם וַיֵּלֶךְ עוֹד
וַיִּתְפַּלֵּל שְׁלִישִׁית וַיֹּאמֶר
תְּפִלָּה הָאוֹתָהּ ׃ אָז בָּא
אֶל תַּלְמִידָיו וַיֹּאמֶר א
אֲלֵיהֶם שְׁנוּ עַתָּה וְנוּחוּ ׃
הִנֵּה קָרְבָה שָׁעָה
וּבֶן־אָדָם יִנָּתֵן בְּיַד ה
חַטָּאִים ׃ קוּמוּ וְנֵלְכָה

dicens: Mi pater, si possibile est, transeat calix iste à me: at non fiat iuxta uoluntatẽ meam, sed iuxta uoluntatem tuam. Et uenit ad discipulos suos & inuenit eos dormientes, & dixit ad Petrum: Si nõ potuistis una hora uigilare mecum? Vigilate & orate, ut non intretis in tentationem. Et quidem spiritus uigilans est, caro autem infirma. Rursum abijt secundò & orauit dicens: Pater mi, si non potest transire calix iste nisi ut bibam illũ, fiat uoluntas tua. Et uenit iterum atque repperit eos dormientes: nam erant oculi eorum granati. Et relictis illis abijt iterum & orauit tertiò, atque dixit eandem orationẽ. Tũc uenit ad discipulos suos & dixit eis: dormite iã & requiescite. Ecce appropinquauit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorũ. Surgite, & eamus:

Ecce appropinquat qui
me tradet. Cumq́ adhuc
loqueretur, ecce Iehuda
unus ex duodecim uenit,
& cũ eo turba multa, cum
gladijs & fustibus, qui
missi erant à summis sa-
cerdotibus & à seniori-
bus populi. Is uerò qui
tradidit eum, dederat eis
signum dicens: quem os-
culatus fuero, is est, tene-
te eum. Et illicò accessit
ad Iesum & ait: aue rabbi,
& osculatus est eum. Di-
xitq́ illi Iesus: Amice, ad
quid uenisti? Tunc acces-
serunt, & miserunt ma-
nus in Iesum, tenuerũtq́
eum. Et ecce unus ex his
qui fuerant cum Iesu, mi-
sit manum & exeruit gla-
dium suum, atq́ percussit
seruum summi sacerdotis
& amputauit auriculam
eius. Tunc ait illi Iesus,
Conuerte gladium tuum
in locum suum. Omnes
enim qui acceperint gla-
dium, gladio peribunt.
An non putas quòd pos-

הנה יקרב שימסור א
אותי ׃ עוד הוא היה
מדבר והנה יהודה אחד
מן שנים עשר בא ואתו
המון רב עם חרבות ו
ורמחים והם שלוחים
מראשי הכהני׳ ומזקני
העם ׃ ומי שמסר אותו
נתן להם אות לאמר מי
אשר אשק הזה הוא ת
תפשו אותו ׃ ויגש מיד
אל ישוע ויאמר שלום
רבי וישק לו ׃ ויאמר
אליו ישוע רעה על מה
באת ׃ אז קרבו וישלחו
את־ידי׳ על ישוע ואחזו
בו ׃ והנה אחד מאלה
אשר היו את־ישוע שלח
יד וירק את־חרבו ויך
את עבד הראש הכהנים
ויכרת את־אזנו ׃ אז
אמר לו ישוע השב את
חרבך אל־מקומה ׃ כי
כל אשר יקחו את חרב
יאבדו על חרב ׃
הלא תחשב כי אוכל

sum ro-

לשאל מאבי וישלח ל
עתה בעבורי יותר מ
משנים עשר ליגיוני
מלאכים: ואיך יתקימו
מכתבים כי צריכה היא
להעשות כן: בשעת
ההיא אמר ישוע לכ
לכיתות כמו אל ליסטס
יצאתם בחרבות ובכ
וברמחי' לתפוש אותי:
בכל יום ישבתי אצלכם
ואלמד בהיכל ולא א
אחזתם אותי: והכל
הזאת היתה כדי שי
שיתקימו מכתבי הנ
הנביאים: אז התלמידים
כלם עזבו אותו וינוסו
: והם אחזו את ישוע
ויוליכו אל קאיפה ה
הראש הכהני' אשר שם
סופרי' וזקנים נאספו:
וכיפה בא אחריו מרחוק
עד חצר הראש הכהנים
ויבא אל בית וישב את
משרתי' לראות הקץ:
וראשי הכהנים
וכל כנסת בקשו עד ש

ſum rogare patrẽ meum, & mittet nunc propter me plus quàm duodecim legiones angelorum? Et quomodo implebuntur ſcripturæ, quãdoquidem ſic oporteat fieri? In illa hora dixit Ieſus ad turbas: Tanquam ad latronem exiſtis cum gladijs & fuſtibus, ad comprehendendum me. Quotidie ſedi apud uos, & docui in templo, & non tenuiſtis me. Hoc autem totum factum eſt, ut implerentur ſcripturæ prophetarum. Tunc diſcipuli omnes reliquerunt eum, atq; fugerunt. At illi tenuerunt Ieſum, & duxerunt ad Caipham ſummũ ſacerdotem, ubi ſcribæ & ſeniores erant congregati. Petrus autem ſequebatur eum à longe uſq; ad atrium ſummi ſacerdotis: & ingreſſus domum, ſedit cum miniſtris, ut uideret finem. Summi autem ſacerdotes, & totum

concilium quærebant testimonium falsum contra Iesum, ut morti eum traderent. Et non inuenerunt, cum etiam accessissent multi falsi testes. Nouissimè autem uenerunt duo falsi testes & dixerunt: hic dixit, possum destruere templum dei, & in triduo ædificare illud. Et surrexit summus sacer dos & ait illi: Nihil dicis ad ea quæ isti testificantur aduersum te? At Iesus tacebat. Summus uerò sacerdos dixit ei: Adiuro te per Deum uiuum, ut dicas nobis, an tu sis Christus filius dei. Et dicit illi Iesus: Tu dixisti. Veruntamen dico uobis, k amodo uidebitis filium hominis sedentem à dextra uirtutis dei, & uenientem in nubibus cœli. Tunc summus sacerdos scidit uestimenta sua dicens: blasphemauit. Ad quid egemus adhuc testibus? Ecce audistis nunc blasphemiam.

שקר על ישוע למסר א
אותו למות: ולא מצאו
כשקרבו רבי עדי שקר:
ובאחרית באו שנים
עדי שקר ויאמרו הזה
אמר כי אוכל להרס ה
היכל האל ובשלשת
ימים עוד לבנות אותו
: ויקום ראש הכהנים
ויאמר לו אין תדבר על
האותם אשר אלה עליך
יעידו : וישוע החריש:
וראש הכהנים אמר
אליו אשביעך באלהים
חיים בדי שתאמר לנו
אם אתה משיח בן-ה
האלהים : ויאמר לו
ישוע אתה אמרת: ואכן
אני אומר לכם מעתה
תראו את בן-אדם ה
היושב מימין הכח ה
האלהים והבא בעבי ה
השמים: אז ראש הכהנים
קרע את בגדיו לאמר
גדף: על מה נצטרך עוד
לעדים : הנה שמעתם
עתה גדופו : מה נראה

לָכֶם ׃ וְהֵם עָנוּ לֵאמֹר
חַיָּיב הוּא מִיתָה ׃ אָז
הֵקִיאוּ עַל פָּנָיו וַיַּכּוּהוּ
בְּאֶגְרֹף וַאֲחֵרִים שָׁלְחוּ
אֶת־יָדַיִם אֶל פָּנָיו ל
לֵאמֹר ׃ הִנָּבֵא לָנוּ מָשִׁיחַ
מִי הוּא אֲשֶׁר הִכָּה א
אוֹתְךָ ׃ וְכֵיפָה יָשַׁב
בַּחוּץ בְּחָצֵר וַתִּגַּשׁ אֵלָיו
שִׁפְחָה אַחַת לֵאמֹר ׃
וְאַתָּה הָיִיתָ עִם יֵשׁוּעַ
הַגְּלִילִי ׃ וְהוּא כִּחֵשׁ
לְעֵינֵי הַכֹּל לֵאמֹר אֵין
יָדַעְתִּי מָה אַתְּ אוֹמֶרֶת ׃
וּבְשֶׁהוּא יָצָא לַדֶּלֶת
רָאֲתָה אוֹתוֹ שִׁפְחָה א
אַחֶרֶת וַתֹּאמֶר לְאוֹתָם
אֲשֶׁר הָיוּ שָׁם גַּם זֶה ה
הָיָה אֶת יֵשׁוּעַ הַנָּצְרִי ׃
וְהוּא עוֹד כִּחֵשׁ בִּשְׁבוּעַת
כִּי אֵין יָדַעְתִּי הָאָדָם ׃
וּלְאַחַר מְעַט קָרְבוּ מִי ש
שֶׁעָמְדוּ שָׁם וַיֹּאמְרוּ ל
לְכֵיפָה בֶּאֱמֶת גַּם אַתָּה
הוּא מֵהֶם כִּי לְשׁוֹנְךָ י
יְגַלֶּךָ ׃ אָז הִתְחִיל
לְאַלּוֹת וּלְהִשָּׁבַע שֶׁלֹּא יָדַע הָאָדָם וּמִיָּד שָׁר הַתַּרְנְגוֹל ׃

am. Quid uobis uidetur? At illi reſponderunt dicentes: Reus eſt mortis. Tunc expuerũt in faciem eius, & percuſſerunt eum pugnis : alij autem palmas miſerunt in faciem eius dicentes: Vaticinare nobis Chriſte , quis eſt qui te percuſsit? Petrus uerò ſedebat foris in atrio, & acceſſit ad eum ancilla una dicens, Et tu fuiſti cum Ieſu Galilæo. At ille negauit coram omnibus dicens: Neſcio quid dicis. Cumq́ egreſſus fuiſſet ad oſtium, uidit eum alia ancilla, & ait his qui erant ibi: etiã iſte fuit cum Ieſu Nazareno. Et iterum negauit cum iuramento, quia nõ noui hominem. Et poſt puſillum acceſſerunt qui aſtabant & dixerunt Petro: Vere & tu ex illis es , nam & loquela tua te prodit. Tunc cœpit execrari & iurare , quòd non noſſet hominem. Et cõtinuò gallus cantauit.

Et a recordatus est Petrus uerbi Iesu, qui dixerat: priusquam cantet gallus, ter me negabis. Et egressus foras, fleuit amare.

וַיִּזְכֹּר כֵּיפָה אֶת־דְּבַר
יֵשׁוּעַ אֲשֶׁר אָמַר בְּטֶרֶם
יָשׁוֹר תַּרְנְגוֹל שָׁלשׁ פַּע
פְּעָמִים תְּכַחֲשֵׁנִי ׃
וַיֵּצֵא לְחוּץ וַיִּבְכֶּה
בִּמְרִירוּת ׃

a *Post biduum pascha erit.*] *Nascitur ex hoc loco atq; ex dictis aliorum euangelistarum magnum dubium, quomodo Christus, qui uenerat adimplere legem, celebrauerit pascha ad uesperã quintæ diei, Iudæi autem illud obseruarint ad uesperam sextæ diei, id quod ex hoc patet quod noluerunt ingredi prætorium ne contaminarentur, sed comederent illo die agnum paschalem. Et quidem hic uaria dantur responsa, sed quæ fortaßis non per omnia curioso lectori satisfaciunt. Ego post Paulum Burgensem atq; Paulum Mittelburgensem episcopum Sempronienſem, in Calendario meo Hebraico nonnihil quoq; scripsi & indicaui, unde ista uaria paschæ obseruatio originem traxisse uidetur, & quod Christus celebrauerit pascha suum iuxta legis Mosaicæ tenorem, Iudæi autem iuxta patrum traditiones, quippe qui legale præceptum de paschæ obseruatione suis traditionibus ita corruperunt:*

כָּךְ גָּזְרוּ רַבּוֹתֵינוּ סַנְהֶדְרִין גְּאוֹנֵי עוֹלָם ׃ בְּבֵית
מִקְדָּשׁ שֵׁנִי בְּגִבְעַת וְנִשְׁלַם וְאָז נִרְאָה כִּסֵּא אֵשׁ נִשְׁלָם
וַעֲלָיו מַלְכּוֹ שֶׁל עוֹלָם מִסְתַּלְסֵל וְעוֹמֵד בֵּין הָאוּלָם
וְקִבְּלוּ כֶּתֶר וְתָפְשׂוּ חוֹתָם נֶעֱלָם וּמִנּוּ וְתִקְּנוּ תִּקְנַת
עוֹלָם וְנִתַּן בְּיַד רַבִּי אֱלִיעֶזֶר גָּדוֹל שֶׁבְּכֻלָּם וְהִתְקִין׃
לֹא בד״ו פּוּר וְלֹא בד״ו פֶּסַח וְלֹא גה״ז עֲצֶרֶת וְלֹא אד״ו
רֹאשׁ הַשָּׁנָה וְלֹא אג״ו יוֹם כִּפּוּר לְעוֹלָם ׃

Cuius traditionis hic est sensus : Sic statuerunt magistri nostri, iudices Sanhedrin, magni nominis in seculo. In domo sanctuarij secunda,

eunda, cum extructa esset & consummata, tunc apparuit solium igneum perfectissimum, super quod sedebat rex mundi sublimis ualde, stans inter porticum: & acceperunt coronam, apprehenderuntq; sigillum reconditum, & sanxerunt ordinaueruntq; statutum perpetuum, & traditum est in manum rabbi Eliezer, *qui reliquis omnibus maior erat: & is ordinauit, diem sortium non obseruari feria 2. 4. 7. neq; pascha feria 2. 4. 6. neq; diem retentionis feria 3. 5. 7. neq; principium anni feria 1. 4. 6. neq; diem expiationis feria 1. 3. 6. in æternum.* Ratio *autem huius constitutionis hæc est: Si principium anni obseruaretur feria prima caderet dies palmarum, cuius supra cap. 21. mentionem fecimus, in sabbatum, in quo non liceret portare fasciculum ramorum. Sic si neomenia illa obseruaretur feria 4. aut 6. caderet festum propitiationis in feriam sextam aut dominicum diem, & tunc cogerentur duo obseruare sabbata.* Aequatur *enim festum propitiationis sabbato. At illud graue esset eis, ut aiunt, propter mortuos sepeliendos, & cocta olera quæ in tertium diem non possent seruari, præsertim in calidis regionibus.* Et *cum in hac constitutione cautum sit ne dies paschalis cadat in feriam sextam, eo autem anno quo* Christus *mortuus est uera & legalis paschalis solennitas locum habuerit in feria sexta,* Christus *illam ut legitimam obseruauit, & in uespera eius cum discipulis suis comedit agnum paschalem: Iudæi autem patrum decreto stantes, obseruarunt festum illud in sabbato, atq; ad uesperam feriæ sextæ comederunt pascha. Similem ferè adferunt rationem de diebus phurim, id est, sortium, in quibus insaniunt leuitatibus, ut suprà capite 15. indicaui.*

b Et *occiderent.*] *Sed quare uolebant occidere? Respondent* Iudæi, *ut satisfacerent præcepto illi* Mosaico, *quod scribitur* Deut. 13. *Si incitauerit te frater tuus, filius matris tuæ &c. quod in hunc modum torquent contra* Christum:

משה

משה רבינו גלה את הדבר איך שיעמוד אחד לעתיד
ויאמר איך הוא בן אם ולא בן אב רל׳ שלא יולד
מזרע איש ויעשה את עצמו כמו אלהים לפיכך צוה
מי שיעשה זאת יהרג ומזה הקרא יש לו סמך למה
היהודים היו הורגין ישוע· אבל טעות גמור הוא
ואינו דומה לראיה כלל וכלל· כי כתיב בסוף
הקרא לאמר בסתר נלכה ונעבד אלהים אחרים כלו׳
שמסית אותו לעבד לאל אחר· לפיכך אינו קאי על
זה ישוע שנשלח כי במה שהוא עשה עשה בפרהסיא
ולא בסתר וגם לא נאמר שיהיה מסית העולם לעבוד
לאל אחר אלא כל דבריו ומעשים היו לעבוד לאל
אחד המיוחד אביו שבשמים· ומה שכתיב כי
יסיתך בן אמך דרך הקרא הוא לדבר בבן אדם ש
שיש לו אם ולא אב כי שאביו מת ועל אותו בן
קאי האי קרא· והוא הדין על כל אדם קאי אלא
שדרך בן אם להיות מסית יותר מבן אב כמו ש
שתמצא בשיר השירים בני אמי נחרו בי וכו׳:

Habent hic peruicaces homines suam responsionem, id quod hebraice docti facile aduertere poterunt.

c Discipuli indignati sunt.] *Synecdoche est: nam unus* Iehuda *murmurauit & indignatus est, qui fur erat & dolebat ablatam occasionem furandi de hoc precio.*

d Die primo azymorum.] *Vocatur dies paschalis cum septem sequentibus diebus, dies azymorum seu infermentatorum panum, quando nullum fermentum in domibus* Iudaeorum *inueniri debuerat, sed uesci tantum iubentur puro farinaceo pane. De eliminatione fermentati panis, rabini miras condiderũt traditiões. Vide, si habes lib. cuius titulus est,* ספר מנהג אבות, *cap. 43. ubi sic scribitur:*

בליל ארבעה עשר בניסן בודקין את החמץ
לאור הנר · ואעפ״י שלמחר יום יד״ מותרים
באכילת חמץ עד ארבע שעות · ואור הנר
יפה לבדיקה ויכול לבדוק בו בחורים וב
ובסדקים מה שלא יוכל לעשות לאור יום ·
ואין בודקין לאור החמה ולא לאור הלבנה ו
ולא לאור האבוקה ;

Reliqua ut inutilia hic reſeco. Per lucē אבוקה *intellige facē.*

c *Vnus ex uobis eſt me traditurus.*] *Cum* Hebræi *habeant & legerint euangelium noſtrum, mirum eſt quod tanta impudentia hic audeant ſcribere,*

היך היתה בו רוח עצה שהלי יהודה סכל עצתו ו
וישו לא ידע מה בלבו של יהודה או אם הוא אלוה
היה מי היה יכול למסרו · ואם לא היה יודע מה
בלבו של יהודה אין הוא אלוה · ועוד יהודה מה
רעה חשב או מה מסירה עשה הלא ישו לכך בא ב
בארץ למסור עצמו בידי אדם להרג ;

Hoc eſt, *Quomodo fuit in eo ſpiritus conſilij, cum etiam* Iehuda *infatuauerit conſilium eius, &* Ieſus *neſcierit quid fuerit in corde* Iehudæ. *Aut ſi ipſe fuit deus, quis potuit eum tradere? Si autem non potuit ſcire quid eſſet in corde* Iehudæ, *non erat deus. Sed & quid mali cogitauit* Iehuda, *aut quam proditionem fecit, cum* Ieſus *ob id uenerit in terram, ut traderet ſeipſum in manus hominum & occideretur?* Hæc *inquam ſcribunt* Iudæi *cum hic legerint, Chriſtum prædixiſſe proditionem ſuam, notaſſeq; eum qui ſe erat proditurus. Cæterum quando in textu ſubditur, Dominum accepiſſe panem, benedixiſſe atq; fregiſſe, ſciendum quod is mos olim celebris fuit inter Iudæos, multaq; ſcripta habent de fractione panis & benedictione calicis: nos exempli gratia paucula hic inſeremus ex multis, qui plura uult legere, conſulat librum* הלכות *hilchoth de benedictionibus, ibi ſcriptum inuenio:*

צריך הבוצע שיבצע בשתי ידיו בעשר אצבעותיו ·
ולמה בעשר אצבעותיו כנגד עשרה מצות הנוהגות
בתבואה עד שלא תבוא לידי לחם . ואלו הן · לא
תזרע כלאים · לא תחרוש בשור ובחמור יחדיו · לקט ·
שכחה ופאה · מעשר ראשון ומעשר שני ומעשר
עני · תרומה · חלה :

Id est, Qui frangit, debet frangere utraq; manu, atq; cum decem digitis suis: cum decem inquam digitis, respectu decem præceptorum, quæ obseruanda sunt in frumento antequam ex eo fiat panis. Hæc autem sunt: Non seminabis diuersa semina: non arabis in boue & asino pariter: in messe aliqua relinquenda, quæ per obliuionem relicta sunt, non requirenda &c. Et *post benedictiones atq; gratiarum actiones subiiciunt* מה מזבח מכפר את שלחן מכפר *Hoc est, quod altare expiat, hoc etiam mensa expiat, quod intelligo de cibo sumpto cum gratiarum actione, sicut & de calice benedictionis scribunt, quod post eius consecrationem non liceat uerbis inutilibus initendere. Scribunt autem sic:*

אחר שמזגו כוס של ברכה אסור לחשית דברים ב
בטלים שאינן מענין הברכה כי היין גורם ל
לדברים הרבה שאינם הגונים שמביאים לידי ש
שטות ושכרות ושממון דכתיב ויין ישמח לבב א
אנוש · ישמח בת׳ לשון שממה · וגם כתוב שהיין
משמח אלהים ואנשים ורוב בני אדם אין שותין
אותו מחמת צמא אלא מחמת חביבותו וחשיבותו
ולפיכך מברכין על שיכורי היין :

Hoc est, Postquam miscuerunt calicem benedictionis, prohibitum est fabulari & intendere uerbis ociosis, quæ non faciunt ad rem benedictionis: siquidem uinum occasionem præstat ad multa uerba indecora.

indecora, atq; perducit ad dementationem & inebriationem atq; destitutionem mentis, cum scriptũ sit: Et uinum lætificet cor hominis: lætificet scribitur, quod est uocabulum desolationis. Scriptum est deniq;, quod uinum lætificat deos & homines: Et multi sunt homines qui non bibunt ex siti, sed magis ex uoluptate & luxu, atq; ideo dicunt benedictionem pro singulo poculo uini. Vides lector, quomodo ueteres per calicem benedictionis uitarint multiloquia & scurrilitatem quæ nasci solet inter potandum, instituentes ritum quendam bibendi religiosum, qui eos arceret ab intemperantia uini & uerborum. Meminit & diuus Paulus 1 ad Corint. 10. calicis benedictionis & fractionis panis, sed ut à Christo saluatore post patres in aliũ & uere spiritualem fuit translata usum: quemadmodũ & hoc loco Euangelista scribit, eum accepisse panem, benedixisse, fregisse & distribuisse, ac deinde sumptum calicem quoq; benedixisse, & bibendum discipulis tradidisse atq; monuisse, ut id deinceps perpetuo facerent: non ob id quod à patribus is ritus esset antea institutus, sed ut memoriale haberent suæ sacratißimæ paßionis, qua à morte ad uitam ipsi & omnes credentes in eum sunt reuocati. Hoc autem sacrosanctum mysterium uoluit nobis commendare in pane & uino, ut disceremus, quemadmodum corpus alitur corporali cibo, uegetatur & ad opera sua roboratur, ita Christus in spiritu per fidem manducatus, animum hominis alit, uegetat, incrementum adijcit atq; ad opera pietatis reddit alacrem & indefessum. Manducamus autem Christum, quando certa fide recordamur eum pro nobis mortuum, morteq; sua effecisse, ut pater cœlestis nos suos uelit habere filios & hæredes, peccata omnia condonare & æternam uitam ultro donare. Sic caro Christi uere editur, & cibus esse uitæ æternæ sentitur, bibitur uere sanguis eius & potus percipitur saluificus: sicut ipse dicit: Hoc est corpus meum quod pro uobis traditur, & hic est sanguis meus, qui in remißionem peccatorum uestrorum funditur. Obstrepunt hic nobis uehementer insipientes Iudæi, & obijciũt agnum

paschalem, sanguinem postibus illitum, atque mysterium corporis Christi, quorum stulticiam hebraice studiosis hic breuibus non dedignabor ostendere:

אם שה הפסח רמז על תלויי אב׳ משמע שיעודיים
הרבה עתידים להולד ולתלות מאחר שלא צוה לבני
ישראל לקחת שה אחד אלא הרבה פסחים לקחו׳ שה
תמי׳ זכר בן שנה יהיה לכם וגו׳ והיה לכם למשמרת
עד ארבע עשר יום וגו׳ אומרים המינים שזה רמז
על ישו שנצלב בערב פסח י״ל מה רמז שם בו לישו
שהיה לג׳ שנים כשנתלה וכאן כתיב ושחטו אותו
זה מן הצאן׳ והוא היה צלוב ומסומר ועוד כתיב
ושחטו אותו כל קהל עדת בני ישראל בין הערבים
וקיימה לן דישו בבקר נתלה כי כל דיני ישראל
אלא בבקר עד עת אכילה ועל שאמר ועצ׳ לא תשברו
בו שהוא רמוז לישו שנצלב שלם בלי שבירת עצם
וגו׳ ׳ עוד כתוב להן בערב פסח כשהיו יושבין על
השלחן לקח ישו הלחם ויבצע ויברך ויתן להן לת
לתלמידיו ויאמר להם קחו זה הלחם כי הוא גופי׳
ועוד ויקח הכוס ויברך ויתן לכלם וישתו כלם מ
ממנו ויאמר להם זהו דמי בעדות החדשה ׳ באיזה
ענין הוא גופו שאכלו ושתו תוך התיבה מגופו
שנתן להן או נעשה מסולדם גופו מלחם ומיין ומן
השיורין נתן להן ואותו גוף שאכלו ושתו להיכן
הלך וירד אם הלך לדרכו לבדו או אם היה מעורב
בקיבה עם שאר האוכל׳ וי״ל כשאתה אומר כי
הרבה היו כבשי הפסח ואחד ישוע הלא גם הרבה
קשתות נראו בענני׳ והן רמז רק לאחת הברית האלי׳

ובן

וכן שה בן שנה היה רמז על ישוע כי הוא נקי מכל
חטא ועון כמו בן שנה כמו שנ' בשאול בן שנה
שאול במלכו וכי בן שנה שאול והא כתוב משכמו
ומעלה מכל אדם גבוהו וכי מלכין תינוק בן ש
שנה אלא היה נקי מחטא כבן שנה · וכשתאמר כי
אין שחטו ישוע כמו שה הפסח יל״ כי הרגו אותו
שהוא אחת עם טבח כשנ' באיכה הרגת ביום אפך
טבחת לא חמלת · וכן בתלי' כי עליך הורגנו כל היום
נחשבנו כצאן טבחה · וכשאתה עוד תשאל באיזה
ענין הוא גופו שאכלו ושתו אשיב · הזאת פרש
משיחנו כשאמר הזאת עשו לזכרי ול״ בצעו לחם
ומזגו יין לדבר מיתתי אשר נתתי גופי למיתה ו
ושפכתי דמי לרחיצה ולסליחת חטאתיכם · והנה
אנחנו נאכל גוף המשיחנו ונשתה את־דמו כש
כשבאמונה נזכר שישוע המשיח גואל העולם נתן
את־גופו למיתה ושפך את־דמו לרחיצת חטאתינו
ויעש אתנו בני אלהים ויורשי מלכות השמים
אין בעבור מעשינו טובים כי־אם למען טובתו
גדולה · הנה כמו כן נאכל להם בפה הגוף ויאמץ
אותו כן גוף המשיח נאכל ברוח מאדם נאמן ולבו
שבע ודשן ויאמץ לחיים נצחיים · וכן אמר ישעיה
הוי כל צמא לכו למי' ואשר אין לו כסף לכו שברו
ואכלו ולכו שברו בלא כסף ובלא מחיר יין וחלב
שמעו שמוע אלי ואכלו טוב ותתענג בדשן נפשכם ׃
הטו אזניכם ולכו אלי שמעו ותחי נפשכם ואכרתה
לכם ברית עולם חסדי דוד הנאמנים · התשמע פה
מה היא אכילה ושתיה ׃

f *Nouum in regno patris mei.*] *Vocat hic regnum patris statum resurrectionis, qui in hac ultima cœna prope aderat, & tunc nouo modo comedit & bibit cum discipulis, immortalis scilicet factus, & in regnum atq; gloriam patris translatus.*

g *Tristis est anima mea.*] *Cum Christus uerus esset homo, necesse erat ut natura eius horreret mortem. Vnde quando dicebat, non mea pater, sed tua uoluntas fiat, uocauit suam uoluntatem naturæ desiderium, quod mortem horruit. Et hic rursum Iudæi produnt ineptias suas, contra hunc locum sic arguentes:*

למה היתה עציבה נפשו עד מות · את״ש שהוא מדבר
כנגד הבשר שהוא מפחיד והלא אומר עציבה נפשי ·
ועוד בכל מקום אתה אומר דבר זה נגד הבשר התכן
לומר כך · כל העולם יודעים שהבשר אינו מדבר
ואין יודע כלום אלא כאבן כי אם מכח הרוח · ועוד
שהיה מתפלל לפני אביו להעביר כוס זה ממנו כ
באומר אתה יכול להעביר ממני ולא אני ואמר לא
יהיה ברצוני כי אם ברצונך · אם כן לא היו הרצונות
שוות · ואם שתי רצונות להם ימצא שאינו אלהים ·
ועוד היך אומר לא יהיה ברצוני כי אם ברצונך והלא
אותו נפש מן האב היא באה ורצון אביו באותו
כוס היה · ואל תדיחני לומר כנגד הבשר דבר שאין
הבשר יודע טוב ורע כא״ הרוח · ואם תדיחני עוד
לומר ודאי כנגד הבשר דבר שהבשר מפחיד שאי
אפשר שלא יעשה כדרכו ודרך הבשר להרהר ולהזהר
אשה ולישן ולהרעיב · והוא היאך כל הבשר לצום
מ״ יום ומ׳ לילה · ואת מפני שבאותו בשר רוח
הקודש לא משל בו הרהור אב״ למה לא היה ממשלת
לאותו

לאותו רוח להציל הבשר מפחד ומרעב ואנו יודעים
שנפחד ונרעב שהרי אומר עציבה נפשי ואין כתיב
כאן עציב בשרי ולכך נפלאת לי שאנו רואי׳ חנניה
מישאל ועזריה שהיו בני אדם ונשלכו בכבשן ה
האש שאין מיתה קשה מזו שלא נפחדו ולא נעצבו
ולא נודע להם כלום לא בבשר ולא בנפש והוא לא
הציל את הבשר וגופו ואפלו מפחד · ואת רצונו
וחפצו היה בכך · אם כן התחנונים למה · ויל׳ אין
היו האלה התחנונים שלמים התחנונים כי לא התפלל
לחסר ממנו הכוס כא״ אמר יהא רצונך אלא הראת
בתחנוניו צער נפשו ומדת הבשר המתפחד למען
מיתה כי כח הנפש בבשר רל׳ חמרת בשר החי מ
מתמורדת למען יסורין אבל כל גופו היה בממשלת
הרצון ועל כן אמר אבי יהא רצונך ואין רצוני רל׳
חפץ הבשרי ׃

Precatio inquam illa Christi, quando dixit, Transeat à me calix iste, magis fuit querulatio quædã animi luctantis cum pauore quàm iusta precatio, cum absolute non deprecaretur calicem, sed submiserit uoluntatem suam uoluntati diuinæ, sciens ita definitum à patre. Fuit tamen oratio, quia in oratione non semper aliquid petimus, sed etiam querimur & quandoq; gratias agimus. Hinc discimus quomodo orare debemus quando nos torquet crux imposita atq; quomodo nos geramus, nempe ut simus patientes, & nobis non displiceamus quãdo affligimur, uidentes hic tantopere Christum doluisse & fuisse perturbatum. Nam nulla crux est quæ non cruciat, neq; patientia est sine dolore, sed quanto crux magis doluerit, tanto præstantior est patientia.

h *Dormite iam & requiescite.*] *Ironia est, quam Hebræi*

גזרים *uocant, qua diuersum iubemus quàm quod uerba ipsa significant: sicut Christus hic non iubet dormire: sed monet tempus adesse paßionis, atq; ob id sit orandum & uigilandum.*

i *Omnes qui gladium acceperint.*] *Hoc dicitur contra priuatos quosq;, qui nullo iure permittuntur uti gladio, non autem contra magistratum qui iussa dei perficit, & talionem de nocentibus sumit.*

k *Amodo uidebitis filium hominis.*] *Pro gloria patris & ueritatis testimonio respondit se esse filium dei, minaturq́; simul eis, sensuros olim se Christum esse, cum in nubibus cœli uenientem conspecturi sint, sed & antea uisuros, sedere ad dexteram patris, hoc est, post patrem rerum omnium potestatem habere: quasi dicat: Si multa uobis modò dico, non creditis mihi, ipsi posthac & mox quidem uidebitis, quem nunc ut filium hominis contemnitis, uere esse Christum ad dexteram uirtutis dei exaltatum, quando audietis nomen meum prædicari per orbem, & uidebitis ingentia signa atq; prodigia per spiritum meum fieri. Sed & ubi finis aduenerit seculi, uidebitis uenientem in nubibus cœli cum summa uirtute & maiestate &c.*



Acto autem mane, cōuenerunt in unum omnes præcipui sacerdotes & seniores populi aduersus Iesum, ut eum traderēt in mortem. Et uincientes eum duxerunt eum, atq; tradiderūt Pontio Pilato præsidi. Tunc uidens Iehuda qui eum tradiderat, quod cō-

וַיְהִי בַבֹּקֶר וְנוֹסְדוּ
יַחַד כָּל־רָאשֵׁי הַכֹּהֲנִים
וְזִקְנֵי הָעָם עַל יֵשׁוּעַ ב
בְּדֵי שֶׁיִמְסְרוּהוּ לְמָוֶת ׃
וַיַּאַסְרוּהוּ וְהוֹלִיכֻהוּ
וַיִמְסְרוּ לְפוֹנְצִיוּשׁ פּ
פִּילָטוּשׁ הַפָּקִיד ׃
אָז רָאָה יְהוּדָה
אֲשֶׁר מָסַר אוֹתוֹ כִּי ג

demnatus

נתחייב הוא וינחם ו
וישיב את שלשים כ
כספים לראשי הכהנים
ולזקנים לאמר: חטאתי
במסרי את-דם צדיק:
והם אמרו מה עלינו
אתה תראה: והוא
השליך את-כספים אל
היכל וילך ויתתל בפח:
וראשי הכהנים לקחו
את-כספים ויאמרו אין
הותר לשלוח אותם אל
קרבנא כי שכר הדם ה
הוא: ויועצו עצה ויקנו
מאלה את-חלקת היוצר
לקבורת הגרים: ועל כן
נקראת החלקת חקל ד
דמה עד היום הזה:
אז נתמלא מה
שנאמר על ידי ירמיה
הנביא האומר ויקחו
שלשי הכסף אדר היקר
היקור אשר הוקירו מ
מאת-בני ישראל ויתנו
אותם לחלקת היוצר כ
כאשר העיד בי יה

demnatus eſſet, [a] pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos ſummis ſacerdotibus atq; ſenioribus dicens: Peccaui, cum tradiderim ſanguinem iuſtum. At illi dixerũt: quid ad nos? tu uideris. Et proijciens argenteos in templum, abijt & ſuſpendit ſe laqueo. Summi autem ſacerdotes accipientes argenteos dixerunt: non licet eos mittere in Corbanam, quia preciũ ſanguinis eſt. Et ineuntes conſilium emerunt ex eis agrum figuli in ſepulturã peregrinorum. Et ob id uocatus eſt ager ille, hakal dama, ager ſanguinis, uſq; in hunc diem. Tunc impletum eſt [b] quod dictum eſt per Ieremiã prophetam dicẽtem: Et acceperunt triginta argẽteos, magnificum precium appreciati, quem appreciauerũt à filijs Iſraël, & dederunt eos pro agro figuli, ſicut conſtituit mihi do

minus. Iesus autem stetit ante præsidem, & interrogauit eum præses dicens, Tu es rex Iehudæorum? Dicit illi Iesus: Tu dicis. Cumq; accusarent eum summi sacerdotes & seniores, ipse ne quicquam respondit. Tunc dixit ei Pilatus: Non audis quanta testimonia isti respondent aduersum te? Ipse uerò non respōdit ei ullum uerbū, & miratus est præses uehementer. In die autem illius solennitatis, consueuerat præses educere populo unum uinctum, quem ipsi uoluerunt. Habebat uerò tunc uinctum unum insignem nebulonem, cuius nomē erat Barraba. Et cum ipsi congregati essent, dixit ad eos Pilatus: Quē uultis ut dimittā uobis? Barrabam, aut Iesum qui dicitur Christus? Sciebat enim quòd ipsi ex inuidia tradidissent eum. Et sedēte eo in tribunali, misit ad eum uxor

יהוה: וישוע עמד לפני הפקיד וישאל אותו הפקיד לאמר: אתה מלך היהודים: ויאמר לו ישוע אתה אומר:
ובשילשינו אותו ראשי הכהני׳ והזקנים אינו מאומה ענה: אז אמר לו פילטוש אין תשמע כמה עדות א״ה יענו עליך: והוא אין ענה לו על דבר אחד ו ויתמה הפקיד מאד:
וביום החג היה דרך שהפקיד הוציא לעם א את־אסיר אחד אשר הם רצו: ואז היה אצלו אסיר אחד פריץ ושמו נקרא בר־רבה:
וכשנאספו המה אמר אליהם פילטוש: את־מי תרצו ואשלח לכם אם בר־רבה או ישוע שנאמר משיח: כי הוא ידע שהם בשנאה מסרו אותו: ובשבתו על־בימה שלחה אליו אש

אשתו לאמר אין יהיה
לך עסק את־הצדיק ה
ההוא כי סבלתי את־ר
רבות היום בחלומות
בעבורו: וראשי הכהני
וזקנים פתו את־העם
לשאל בר־רבה ולאבד
ישוע: ויען הפקיד
ויאמר אליהם את־מי
תרצו להשלח לכם מ
משנים: והם אמרו את־
בר־רבה: ויאמר אליהם
פילטוש ומה אעשה ל
לישוע הנאמר משיח:
ויאמרו כלם יצלב:
ויאמר אליהם הפקיד ו
ומה רעה עשה: והם עוד
קראו לאמר יצלב: וירא
פילטוש כי אין הצליח
הוא כי אם מהומה ת
תקום ועל כן לקח את־
מים ויכבס כפים לפני
העם לאמר: נקי אני
מדם הצדיק הזה אתם
תראו: ויען כל־העם
ויאמר דמו עלינו ועל
בנינו: אז שלח להם

uxor eius dicens: nihil negocij ſit tibi cum iuſto illo, quoniã paſſa ſum multa hodie in ſomnis propter eum. Summi autem ſacerdotes & ſeniores perſuaſerunt populo, ut peterent Barrabam, Ieſum uerò perderẽt. Et reſpondit præſes atque dixit ad eos: Quem uultis dimitti uobis è duobus? Qui dixerunt: Barraban. Ait illis Pilatus: & quid faciam Ieſu, qui dicitur Chriſtus? Et dixerunt omnes: crucifigatur. Præſes autẽ ait illis: Et quid mali fecit? At illi rurſum clamauerunt dicentes: crucifigatur. Videns autem Pilatus quòd non proſpere ageret, ſed magis tumultꝰ oriretur, accepta aqua lauit manus coram populo dicens: Innocẽs ego ſum à ſanguine iuſti huius, uos uideritis. Et reſpondit uniuerſus populus & ait: ſanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros. Tunc dimi

sit eis Barrabam, Iesum autem tradidit eis ut flagellarent eum atque ut crucifigeretur. Tunc milites præsidis susceperũt Iesum in prætorio & congregauerũt ad eum uniuersam cohortem, & exuentes eum, circumdederunt ei chlamydẽ coccineam. Et plectentes spinas in coronam, posuerunt super caput eius & dederũt arundinem in dextram eius, & incuruantes genua ante eum, illudebant ei dicentes: salue rex Iudæorum. Et expuentes in eum acceperunt arundinem atque percusserunt caput eius. Et postquam derisissent eum, exuerunt eum chlamydem, & induerũt eum uestimentis suis, atque duxerunt eum ut crucifigeretur. Exeũtes autem, inuenerunt hominem Cyrenæum nomine Simonem, & hunc adegerunt ut ferret crucem eius. Et uenerunt in locum qui di

בר־רבה ואת־ישוע מ
מסר להם ליסרו בש
בשוטים ולהצלב : ואד
סטרטיוטין של הפקיד
לקחו ישוע בבית הדין
ויקהילו אליו את כל
ביתה ויפשיטו אותו
ויסובבהו מעיל השני :
ויסבכו סירים לעטרת
וישימו על ראשו ויתנו
את קנה בימינו ות
ויתכרעו ברכים לפניו
ויליצו לו לאמר שלום
מלך היהודים : ויקיאו
בו ויקחו את הקנה ו
ויכו את־ראשו : ואחרי
שהלעיגו לו הפשיטוהו
את מעיל וילבישו ב
בגדיו והוליכו אותו ל
להצלב : והם יוצאים
מצאו את־אדם קירני
ושמו סימון ואותו ב
בגשו לשאת את־־צל
צליבו :
ויבאו אל מקום שנאמר
גלגלתא ויתנו לו ל

לשתות יין מחול ב
בראש ובשטעם וימאן
לשתות: ואחרי שצלבו
אותו חלקו בגדיו וי
ויפילו גורל בדי שב
שנתמלא מה שנאמר
מפי הנביא האומר:
יחלקו בגדי להם ועל
לבושי יפילו גורל:
וישבו וישמרהו
וישימו על ראשו את־
דיבו הנכתב הזה יש
ישוע מלך היהודים:
אז נצלבו אתו שנים
לסטסין אחד מימין ו
ואחד משמאל:
והעוברים היו מגדפים
אותו ומניעים ראשיהו
לאמר האח שתשבר את
היכל האלהי ובשלשת
ימים תבנהו: הושיעך
אם בן־־האלהים אתה
רד מן הצליב: וגם כן
ראשי הכהנים ילעיגו
עם סופרים ועם זקנים
לאמר:

cebatur Golgoltha, (hoc eſt, caluaria,) & dederunt ei bibere uinum mixtum cum felle: & cum guſtaſſet noluit bibere. Poſtquam autem [c] crucifixerūt eum, diuiſerūt ueſtimenta eius & proiecerunt ſortem, ut impleretur id quod dictum erat ex ore prophetæ dicentis: Diuidebant ueſtimenta mea ſibi, & ſuper ueſtem meam proiecerunt ſortem. Et ſedentes obſeruabant eum, poſuerūtq; ſuper caput eius cauſam eius ſcriptam, Hic eſt Ieſus rex Iehudæorum. Tunc crucifixi ſunt cum eo duo latrones unus à dextra & alter à ſiniſtra. Et prætereuntes blaſphemabāt eum, & mouebant capita ſua dicentes: uah qui deſtruis templum dei & in triduo ædificas ipſum. Salua te, ſi filius Dei es, deſcēde de cruce. Quin & ſummi ſacerdotes illudebant cum ſcribis & cum ſenioribus dicentes,

Alios

Alios saluos fecit, & seipsum non potest saluum facere. Si est rex Israël descendat nunc de cruce & credemus ei. Confidit in deo, liberet eum nunc si uult. Dixit enim, quoniã filius dei sum. Et in hunc quoq; modum exprobrabant ei latrones, qui crucifixi erant cum eo. A sexta autem hora factæ sunt tenebræ super uniuersam terram usq; ad horam nonam. Et [d] circa horam nonam clamauit Iesus uoce magna dicens: Eli eli, lama sabacktani, hoc est, deus meus, deus meus, quare dereliquisti me. Et quidam hominũ illic stantium cum audissent, dicebant: Eliam uocat iste. Et illicò accurrens unus ex eis, accepit spongiam & impleuit eam aceto, imponensq; calamo dedit ei bibere. Alij uerò dixerunt: sine, ut uideamus si ueniat Elias, & liberet eum.

אֶת־אֲחֵרִים הוֹשִׁיעַ ו
וְאֶת־עַצְמוֹ לֹא יוּכַל ל
לְהוֹשִׁיעַ ׃ אִם הוּא מֶלֶךְ
יִשְׂרָאֵל יֵרֵד עַתָּה מִן ה
הַצָּלִיב וְנַאֲמִין בּוֹ ׃
בָּטַח עַל אֱלֹהִים יַצִּילֵהוּ
עַתָּה אִם חָפֵץ ׃ כִּי אָמַר
כִּי בֶן הָאֱלֹהִים אָנִי ׃
וְגַם כֵּן חֵרְפוּהוּ לִסְטִסִין
אֲשֶׁר נִצְלְבוּ אִתּוֹ ׃
וּמִשָּׁעָה הַשִּׁשִּׁית הָיָה ה
חֹשֶׁךְ עַל כָּל־אֶרֶץ עַד ש
שָׁעָה תְשִׁיעִית ׃ וּבְשָׁעָה
תְשִׁיעִית קָרָא יֵשׁוּעַ ב
בְּקוֹל גָּדוֹל לֵאמֹר אֵלִי
אֵלִי לָמָה שְׁבַקְתָּנִי ׃
וּקְצַת אֲנָשִׁים שֶׁשָּׁם
עָמְדוּ כְּשֶׁשָּׁמְעוּ אָמְרוּ
לְאֵלִיָּה זֶה קוֹרֵא ׃
וּפִתְאֹם רָץ אֶחָד מֵהֶם
וַיִּקַּח אֶת־סְפוֹג וַיְמַלֵּא
אוֹתוֹ בְּחֹמֶץ וַיָּשֶׂם עַל
קָנֶה וַיִּתֵּן לוֹ לִשְׁתּוֹת ׃
וַאֲחֵרִים אָמְרוּ הֶרֶף
וְנִרְאֶה אִם יָבֹא אֵלִיָּה
לְהַצִּיל אוֹתוֹ ׃

וישוע עוד קרא בקול
גדול וישב את רוח ׃
והנה פרכת ההיכל
נקרעת לשני חלקים מ
ממעל עד למטה והארץ
רעשה והסלעים נקרעו
והקברים נפתחו ורבות
גופות הקדושים אשר
שכבו קמו ׃ ויצאו
מקברים אחר תקומתו
ובאו אל עיר הקדש ו
ונראו לרבים ׃ ושר
המאה ואשר היו אתו
לשמר ישוע כי־ראו א
את־רעש הארץ ואותם
שנהיו יראו מאד וי
ויאמרו ׃ באמת בן
האלהים היה הזה ׃
והיו שם נשים רבות
מרחוק רואות אשר ב
באו אחרי ישוע מגליל
המשרתות לו ובינותן
היתה מרים מגדלנית
